

2. 4. 5.

2532

Q. D. B. V.

DISSERTATIO JURIDICA

De

CONTUMACIA,

Quam

Ex

AUTHORITATE ATQUE DECRETO  
MAGNIFICI ATQUE NOBILISSIMI JURECON-  
SULTORUM COLLEGII IN ALMA EBER-  
HARDINA

SUB PRÆSIDIO

DN. ERNESTI THEOPHILI  
MAJERI CRUSIANI, U. J. D.

Canonic. Prof. Publ. Ord. h. t. Decani.

*Domini Patroni, Præceptoris, atq. Hospitis Sui  
omni honoris obsequio devenerandi,*

Publico Eruditorum Examine subjicit

AUTHOR & RESPONDENS

MICHAEL KULENKAMP,  
Bremenfis.

*In Acroaterio Juridico.*

Ad Diem Martii,

T U B I N G Æ,

TYPIS GEORG. HENRICI REISII, Chalcograph. Ling. Orient.

ANNO M, DCC I.

Diss. jur. civ.

125, 24





## PROÆMIUM.



Qraviter T. Petronius Arbiter, mox sub initio, elegantissimæ Satyræ suæ, in sui temporis declamatores invehitur, dicens: *Eos & rerum tumore, & sententiarum vanissimo strepitu, hoc tantum proficere, ut, cum in forum venerint, putent se in alium terrarum orbem delatos; quod non ad Eloquentiam modò ituris; sed & reliquis Musarum cultoribus, his potissimum, qui sanctissima, æquè ac profundissima Juris mysteria penetranda sibi sumunt, dictum existimo.*

Scilicet, quantacunque literarum amœnitas perhibeatur atque gratia, omnis tamen earum dignitas ex utilitate imprimis metienda erit: Sapienterque Aristippus percunctanti, quænam cum primis Juvenibus addiscenda essent: Ea respondit, quæ Viris olim usui sunt futura. Namque cum in omnibus omninò institutis ea sit mortalium consuetudo, ut nihil à quoquam expectetur, nisi cujus fructus ante præviderit; Quis aded laborum impatiens esset, aut tam incuriosus temporis dispensator, ut omisiss aliis ad usum vitæ civilis magis conducentibus, vel ipse innanibus tantum nugis fatigare ingenium sustineat? Mihi sanè, cum non à teneris modò unguiculis in dulcissima patria mea, sed postea etiam in Illustrissimis hisce Athenis Würtenbergicis, ea semper felicitas obtigerit, ut ab Excellentissimis fidelissimisque meis Ductoribus, ex Imperatoris

toris monitio in §. 3. *proœm. Instit.* nihil in utile, nihil perperam positum, nihilque nisi quod in ipsis rerum obtineat argumentis, acceperim: Habeo profectò, cur & Optimorum Præceptorum fidem publicè commendem, & de perpetuo istorum favore impensè mihi gratuler. Nec dispiciendum propterea diu erat, (ex voluntate eorum, quibus refragari impium judicavi) qualiumcunque studiorum meorum specimen meditati, unde publicâ luce dignum argumentum depromerem. Ad praxin spectat omnis Jurisprudencia nostra, & civilem beatitudinem decenti Judiciorum ordine promovendam pro fine habet. Hunc ordinem, expeditamque Juris & Justitiæ administrationem, quoniam ipsa sæpe litigantium malitia impedire solet, tunc cum primis, ubi Judici copiam sui non faciunt, atque contumaci suâ absentia Justitiæ cursum sistunt, præfens de CONTUMACIA, [quo de levibus meis in Civili Jurisprudencia profectibus periculum facerem,] thema selegi. Quòd si vel amplissimæ materiæ difficultatem accuratius perpendere, aut frequentes Doctorum circa eam versantium querelas attendere voluisssem, calamum statim abjecisssem, aut certè in facilliora, & juvenili ætati convenientiora me convertisssem, nisi certissima spes, fore, ut impar licèt operi conatus, apud æquos tamen cordatosq; arbitros veniam facilè inveniatur, in proposito meo me confirmasset, atque apud meam me CONTUMACIAM retinuisset. Tu verò Optime Maxime DEUS cœptis meis assiste, eademque ad sanctissimi Tui nominis gloriam dirige.



Cùm

Cùm verò ordine nihil sit pulchrius, & scire, secundùm vulgatis-  
simum effatum, quid facias, nescire autem quo ordine facias,  
haud sit perfectæ cognitionis; Ideoque & Ego, ordinem observatu-  
rus, ad exemplum Ulpiani in *l. 1. p. ff. de Just. & Jure & Pauli in*  
*l. 1. pr. ff. de furt. à nominis notatione, & rei definitione, argum.*  
*l. 1. ff. de orig. Jur. tractationis telam exordiar.*

## THESIS I.

Habet vox CONTUMACIÆ natales suos in Latio, & de-  
ducitur à Cujacio in *lib. 18. Observ. cap. 30.* à CONTEM-  
NENDO, atque ita eundem fontem, quem vocabulum  
CONTUMELIÆ, agnoscit. *argum. l. 1. pr. ff. de Injur.* Ab aliis  
autem à CON & TUMEO sive TURGEO, quòd contumax no-  
lendo parere totus tumeat, quasi seu turgeat. Sigismundus Scaccia  
*l. 1. de Judic. c. 91. n. 3. Hilliger. ad Donell. enucleat. l. 23. c. 10. lit. b.*  
*Ungepaur ad Jus Canon. b. t. de dol. & contum. Tabor in C. J. A. ad tit. si*  
*quis jus dic. non obtemp.* In Vernacula nostra *Aufflauffen / schwellen /*  
quando quid in molem eminentem excrescit, imprimis supra pla-  
num, juxta illud Poëtæ *l. 2. Georg.*

*Vere tument terræ & genitalia semina poscunt.*

Quasi impatienti libidine seminis concipiendi turgeant: *Lucr. l. 4.*

*Tument loca semine.*

Taubmannus in *not. ibidem* ubi & Turneb. *l. 26. 30.* hoc à Virgini-  
bus deducere refert, quarum plena pubertate habitus Viro maturus  
fit, toto veluti corpore tumescente, præsertim pectore & mammis.  
Inde & tumidam virginitatem pereleganter à Statio dici, ait 2. *The-*  
*bar.*

— *Tumida jam virginitate jugari.*

*Gaudia mente parant.*

## II.

Accipitur autem CONTUMACIA in sensu vel communi & lato,  
vel stricto & proprio: ILLO, denotat qualemcunq̃ inobedientiam in  
& extra judicium commissam: Qualis est inobedientia liberorum er-  
ga parentes in *l. un. C. de ingr. at. lib.* Hoc, sc. proprio sensu, significat  
eam contumaciam, quæ erga Judicem quoad Judicium constituen-  
dum & explicandum committitur in *l. 53. §. fin. ff. de Re Judic.* Hæc-

que posterior significatio hujus loci est propria, Herm. Vultej. de Judic. l. 2. c. 6. n. 69. § seq. & à Jctis aliàs INOBEDIENTIA der Ungehorsam vocatur. Matth. Stephan. ad Nov. 112. c. 3. Item MALITIA in c. 4. § 5. X. de dol. & contum. Estque (missis aliorum definitionibus) nihil aliud, quàm CONTEMPTUS PRÆCEPTI JUDICIS, QUO MINUS JUDICIUM CONSTITUATUR VEL EXPLICETUR. Arg. l. 5. ff. de Judic. & Can. Certum, 43. c. 11. quest. 3.

III.

Dividitur communiter CONTUMACIA in veram, (quam & evidentem dicunt, eamque solam agnoscit Ungepaür, d. l. n. 5.) & fictam seu præsumtam Wesembec. ad l. 13. C. de Jud. n. 7. Add. Vultej. d. l. n. 143.

ILLA EST, QUÆ COMMITTITUR AB EO, DE QUO CERTUM EST, QUOD JUSSUS JUDICIS NOTITIAM HABEAT, NEC TAMEN CUM POSSIT ET DEBERET, VENIT. l. 20. §. 6. vers. quò primùm ff. de hered. pet. Bartol. ad l. 23. §. 3. ff. de appellat. Veluti si citatus post trinam denunciationem aut unam peremptoriam emanet. per l. 73. in fin. ff. de Judic. l. 7. 8. 9. C. Quom. & quand. Jud. autb. qui semel eod. l. 53. §. 1. ff. de re Jud. l. 23. §. fin. ff. de appell. J. P. W. p. 1. tit. 12. von des Klägers Ungehorsam. §. Erstlich. Vel nuncio mihi respondit, Jus Prov. Würtemb. p. m. 69. Vid Bart. ad l. 23. §. fin. ff. de appell. seu se non compariturum, prædixit, Er wolle nicht erscheinen. C. Venerabilibus 7. §. porro de sentent. excommunic. in 6to. J. P. W. p. 1. tit. 12. p. 68. Joh. Georg. Nicolai in process. Judic. c. 32. num. 3. Brunnem. in tr. de process. for. legitim. instit. & obbreu. c. 4. n. 2. Ubi sequenti num. 7. hoc posteriori casu unam citationem non peremptoriam sufficere tradit; cum quo transit Illustris Dn. Stryk. in Introd. ad praxin forens. cautè instit. c. 6. §. 2. addens, proinde hinc cautum debere esse actorem, quo probationes in promptu habeat, talia verba à citato esse prolata, ita enim eum ulterius non esse citandum. Quod tamen mox cum distinctione iterum temperat cum laud. Bruñem. & Mev. p. 6. dec. 64. An citatus dicat, se planè in hac causa venire nolle, an verò se hinc vice comparere nolle, sic enim dum quoad reliquos actus adhuc citandum esse monet. Idem sentit Hillig. ad Donell. Enucl. l. 23. c. 2. lit. b. in fin. Vultej. de Judic. l. 2. c. 6. num. 162. Add. l. 2. C. Quom. & quand. Jud. vid. Zasius ad l. 53. ff. de Re Jud. num. 13. Si tamen citatus præ se ferens

ferens se non compariturum, postea tamen compareat, aut de justo docere queat impedimento, quo minus comparuerit, ex eo solo non fit contumax, cum verba sola ad contrahendam CONTUMACIAM non sufficiant, (quamvis per illam hanc qualificari atque notoriam reddi negari vix possit;) sed factum ut sequatur necesse sit, per *l. un. ff. si quis Jus dic. non obtemp. arg. l. 48. §. 3. ff. de Aedil. Ed. & c. 52. X. de appell. Wesemb. ad l. 13. C. de Jud. num. 11. §. 17. & ex eo Tabor. ad C. J. A. cit. loc.* Ita quoque ad hanc veram CONTUMACIAM contrahendam, minimè sufficit, si verba citati in hoc passu ambiguè sonent, veluti si dixerit: *Er werde wol nicht kommen.* Ex sententia Joh. Georg. Nicolai, *d. l. num. 3. Mev. P. 6. dec. 64.*

Hæc præsumta sc. CONTUMACIA est, si de PRÆCEPTO JUDICIS, QUOD AD EUM PERVENERIT, ADHUC DUBITETUR: Cùm nunciatus citandum non invenit, vel Judici an inventus sit certò non constet, & citatus absentiz suæ justas habeat causas, *J. P. W. P. 1. tit. 12. §. Der andere Ungehorsam.*

IV.

Ratione Causæ Efficientis dividitur CONTUMACIA in eam, quæ ab Actore, & eam, quæ à Reo committitur; non enim solus Reus, sed etiam Actor, quamvis rarius, CONTUMACIAM committit, *Nov. 113. c. 3. Statutum Universitatis bujus in C. Tabor. l. cit. Brunnem. d. 17. c. 4. num. 3. Matth. Stephan. ad d. Nov. c. 3. & communiter Ddr.* Unde utrique hoc comune est quoad id, ut quis dicatur CONTUMAX, ut altera pars obediens alterius CONTUMACIAM accuset apud Judicem: Id est, de ea conqueratur, quod vocatur contumaci en / oder des Ungehorsams beschuldigen. *Matth. Steph. ad Nov. 112. c. 3.* Sed inquis, quomodo procedi poterit contra Actorem in CONTUMACIAM, cum tamen sit regula Juris certissima, quòd nemo invitus agere compellatur in *l. un. Cod. ut nemo invit. agere vel. accus. teneatur?* Verum illa solum obtinet, si quis nunquam agere inceperit: Actionem verò semel motam Actor, nisi calumniator haberi velit, qui falsis litibus vexare homines pro delectamento habeat, omninò prosequi, & ad finem perducere, sicq; viâ eadem, quam semel elegit, ambulare debet, per *d. Nov. 112. c. 3. §. Auth. Qui semel. C. Quom. & quond. Jud. ibique Perez. ad b. tit. arg. l. 5. C. de oblig. & act. Matth. Stephan. & Anton. Daniel Sonnemann. ad d. Novell. 112. c. 2. §. 3. Ludov. Engel, Collat. Univ. Jus Canon. tit. de dol. & contum. n. 7.*

V. Ra-

V.

Ratione temporis & ordinis constat, quòd **CONTUMACIA** fiat, vel ante litem contestatam vel post eandem, in prima vel secunda instantia. Vid. *Nov. 126. c. 2. c. 70. §. ult. X. de appellat. O. C. l. p. 3. tit. 44. & seq.*

VI.

**CAUSA EFFICIENS REMOTA**, est **Jus Commune**, **Consuetudo**, **Statutum**. *Wesembec. ad d. l. 13. num. 10. Tabor ad C. J. A. dict. tit. si quis Jus dic. non obtemp.* Et licet præsumpta seu ficta unice à lege induci videatur, hanc tamen **Jus ex hominis facto** v. g. emanatione præsument, *per. l. pen. ubi Ddr. ff. de Restit. in integr. Wesenbec. d. l.* Unde **CAUSA EFFICIENS PROPINQUA** & quidem quâ est **dolus malus**, quo sc. **Jus adversæ partis** offenditur, seu læditur aut impeditur; *Scaccia de Jud. l. 1. c. 93. Rubr. Tit. X. de dol. & Contum.* Isque vel verus in vera, vel præsumptus in præsumpta **CONTUMACIA** t. t. *C. de dol. l. 199. ff. de R. J. Wesenb. d. l. n. 12. Tabor d. l. Add. David Magirus in prælect. ad tit. ff. de Reg. Jur. ad b. l. 199.* Cum enim **CONTUMACIA** annexum habens contemptum Judicis vid. *l. 5. de Judic. sit delictum. per l. 38. §. 1. & 2. ff. de administr. & peric. tut. l. 53. §. 2. & 3. ff. de Re Judic. Jason Mayne l. Contumacia 53. ff. de Judic. Scaccia de Re Juâ. l. 1. c. 93. Ziegler. ad Jus Canon. l. 3. tit. 6. num. 5. Casp. Klock. tom. 3. Conf. 187. num. 143.* Proinde absque animo doloso non contrahitur, *Wesemb. ad l. 13. C. Judic. n. 11. Carpz. de process. tit. 7. art. 2. n. 14. Ziegler. d. l. & arg. c. 54. X. de sentent. excomm.* Ubi dehinc dolo eam comparari dicit, *in rubric. b. t. de dol. & contum.* ita ut pro delicto habeatur, quod pœnam mereatur, *per l. 53. ff. de re Judic. ad minimum esse tantam ejus cum delicto convenientiam, ut ex CONTUMACIA de functi hæres condemnari nequeat, per l. un. §. fin. ff. si quis jus dic. non obtemp. Add. Brunnem. ad d. l. un.*

VII.

Exerit autem se hic **dolus** variis factorum modis, soletque committi **CONTUMACIA** (1.) **NON VENIENDO** *l. 68. ff. de Judic. l. 53. §. 1. ff. de Re Judic. c. 43. c. 11. quest. 3. c. 2. & c. 6. X. de dol. & contum.* (2.) **NON AGENDO**, *per l. 5. C. de ingen. manum.* (3.) **NON RESPONDENDO**, *l. 11. §. 4. ff. de interrog. in jur. fac. c. 1. X. de Judic. c. 4. X. b. t.*



*b. t.* (4.) NON PROBANDO, inter terminum præfixum probatorium, saltem ad exclusionem sui juris. Vid. Wesembec. *ad d. l. 13. C. de Judic d. l. Carpzov. in process. tit. 13. art. 1. §. 7.* (5.) NON RESTITUENDO, *l. 68. ff. de R. V. l. 8. ff. de in litem jur. l. un. §. 1. ff. si quis jus dic. non obtemp.* (6.) NON JURANDO, *l. 38. ff. de jurejur. c. 4. X. de dol. & contum.* (7.) NON EXHIBENDO, *l. fin. §. 1. ff. de appell.* (8.) INSTRUMENTUM NON RECOGNOSCENDO AUT DIFFITENDO. Vid. *R. l. de anno 1654. §. 34. 39. 54. Ordin. proc. Judic. Saxon. tit. 25. §.* Weil es auch. *Carpz. de proc. tit. 14. art. 3. num. 5. J. P. W. p. 1. tit. 35. pr. B. Dn. Bardili, in Dissert. de recognitione Instrum. th. 15.* (9.) INFECTO NEGOTIO RECEDENDO, *c. 4. X. de dol. & contum. c. 1. X. de Judic. &c. unde innotuere sequentes versus, quos Ungepaur ad b. tit. de dol. & contum. p. 112. ex glossa refert:*

Non veniens, non restituens, citiusque recedens,  
 Nil dicens, pignusque tenens, jurareque nolens,  
 Obscureque loquens, isti sunt Jure rebelles.

VIII.

Causa efficiens QUÆ, SUBJECTUM una involvens, sunt ipsæ personæ hanc CONTUMACIAM committentes, Aëtor sc. & Reus; Inter has enim personas de aliqua re lis est, *per c. forus 10. X. extra de V. Signif. l. 62. ff. de Judic. Petr. Termin. in process. c. 8. num. 6.* quarum si plures ab una vel altera parte, vel & utrinque, appellantur litis consortes, Consorten/ oder Mit-Kriegs-Verwandte. Aëtor autem aliàs dicitur ille, qui à Tutore vel Curatore ad litem constituitur, sive ad actionem instituendam, sive defendendam. *§. fin. l. de Curator. l. 11. C. de procur.* Nam Tutores & Curatores non possunt constituere procuratores, quia procurator constituitur à Domino actionis; Tutores autem & Curatores sunt tantùm loco Domini, sic & qui ab universitate ad unam causam constituitur dicitur Aëtor, *l. 6. ff. Quod Cujusq. univ. nom.* qui ad omnes universitatis causas, dicitur Syndicus. *B. Dn. Lauterb. Dissert. de Syndic. th. 9.* Hoc loco Aëtor est, qui à Reo in Judicio aliquid petit, *per l. 62. ff. de Judic. l. 22. ff. de prob. Bocer. Class. 6. disp. 4. th. 6. B. Dn. Lauterbach. ad Remed. leg. si contendat. 28. ff. de fidejuss. c. 8. th. 75.* Reus verò à Re ita vocatus, è contra ille dicitur, à quo aliquid in judicio petitur *pr. J. de except. l. 3. pr. ff. de*

B

ff. de

*ff. de Jurejur. l. 5. 6. C. de Edendo.* Cujus appellatione aliàs in lata significatione sunt omnes ii, de quorum re agitur, & qui circa rem negotium habent & judicium: Hinc in *l. 5. ff. de V. O.* traditur, quòd stipulationes conventionales sint, quæ fiant conventionem Reorum, & sic ejus appellatione & Actores veniunt, hinc dicuntur Rei stipulandi & promittendi, *t. t. Inst. t. ff. & Cod. de duob. Reis stipul. & promitt. Vinn. Jpr. Contracta. l. 3. c. 3. lit. P.*

IX.

Actor verò tunc dicitur contumax, si, postquam alium jam in Jus citari curavit, ipse emanet, nec litem prosequitur, aut eandem diu protrahit ac protelat. Stephani *ad d. Nov. 112. c. 3.* REUS econtra, CONTUMACIAM tunc committit si in Judicium vocatus non veniat, dummodo ipse Judex & pars adversa, cum qua litigatur præsentibus fuerint, post Baptist. *Afin. in prax. c. 1. §. 17. num. 8. Ziegler. ad Jus Can. l. 3. tit. 6. p. m. 738.* Aut non idoneum vel minùs instructum procuratorem mittat, *c. 3. X. de dol. & contum. Wesemb. ad d. l. 13. C. de Judic. num. 4.* Aut per indirectum procuret, quo minùs citatio eum deprehendat. *l. 157. ff. de R. I. c. 5. §. 1. X. Ut lit. non contest.* Aut veniat, sed se non sistat coram judicio. Aut copiam sui faciat, sed non debito modo, cum paria sint in Jure nostro non comparere, & non legitimè comparere. *arg. l. fin. C. de success. edict. & c. 6. de Elect. in 6to: add. l. 6 ff. qui satisd. cog. Si satisdare recuset, aut jussus respondere ad articulos nolit: p. l. 11. §. 4. ff. de Interrog. in Jur. fac. Vel obscure, sive insufficienter respondeat, nec eo modo quem stylus curiæ & processus præscribit. per d. l. 11. §. 5. & seqq. Tabor l. cit. num. 20. Matth. Stephani. ad d. Nov. 112. c. 3.*

X.

Ex quo consequens est, interdum & præsentem esse CONTUMACIAM, si non facit id, quod facere in Judicio jubetur: per *l. 7. §. 1. ff. Quib. ex caus. in poss. eatur. d. l. 11. §. 4. ff. de Int. in Jur. fac. c. 2. X. ut lit. non contest. c. ult. X. de Juram. calumn. Wesemb. ad dict. l. 13. C. Jud. num. 4.* Cujus & CONTUMACIA gravior, quam ejus qui non compareret. censetur Brunemanno *ad l. 2. & 3. C. Quom. & Quand. Jud.* Prout quoque major & fœdior est CONTUMACIA Actoris quam Rei; Actor siquidem agere non tenetur; per *l. un. C. ut nem. invit. ag. vel accus. ten.* Injustè ergo agere recusat, qui paratus adversarium suum in judicium

dicium vocavit, & provocavit, per l. 5. §. fin. ff. de dol. mal. § met. except. l. 6. pr. C. de temp. in integr. restit. Novell. 112. c. 3. Addat Gail. l. 1. Obs. 59. At verò, Reus cum litem sustineat invitus, non mirum si eam subterfugiat; Unde & sæpius in Jure fugitivus appellatur, in l. 15. §. 2. C. de Judic. & compluribus aliis. Anton. Faber. in Cod. l. 3. tit. 1. def. 26. num. 12. Perez. in Cod. ad tit. de Judic. num. 21. § ad tit. Quom. § quando Jud. num. 10. Carpzov. in process. tit. 8. art. 1. num. 27. Ziegler. ad Jus Canon. l. 3. tit. 6. ad §. 9. Matth. Stephani ad Nov. 112. c. 3. Ungepaup ad Jus Canon. d. l. num. 7. B. Dn. Lauterbach. ad l. J. P. W. p. 1. tit. 12. tb. 19. Dehinc cum Actore, si **CONTUMAX** evadat, durius quoque proceditur, quam cum Reo; Faber in Cod. d. l. def. 19 Perez. d. loc. Ludov. Engel. ad Jus Canon. b. t. de dol. § contumac. num. 11. Ita eo emanente citatio habetur pro circumducta, sc. ut nequeat litis pendentiam allegare, bene tamen Reus; adeò, ut Actori non liceat ad alium Judicem trahere Reum, sed in præjudicium Actoris lis habeatur pro pendente, ita monente B. Brunnem. in d. tr. de process. civ. c. 3. in fin. Hinc & in J. P. W. Reo levior est constituta pœna quam Actori, in p. 1. tit. 12. §. Wann der Kläger p. 70. Ibiq̃ue B. Dn. Lauterbach. Quòd si verò Judex contra absentem Actorem in **CONTUMACIAM** procedat, eum posse & debere in Jura absentis inquirere & quæ facti sunt supplere, statuit B. Brunnem. ad l. un. C. ut quæ def. advoc. Jud. suppl.

XI.

Per alium autem cum intentare & excipere litem possimus, veluti per Procuratorem, dato illi ad hoc mandato vel procuratorio sufficienti; per l. 1. C. de proc. Sicuti plerumque etiam hæc clausula citationibus inseritur: Zu erscheinen durch sich selbst / oder durch einen gnugsamen / gevollmächtigten Anwald. Proinde & hic, obsequium debitum non præstando, **CONTUMACIAM**, ejusque pœnam, ita, ut eandem à suo principali repetere nequeat, incurrit, per l. un. §. 2 ff. si quis Jus dic. non obtemp. § l. 46. §. 5. ff. de Procur. Recess. Imp. de anno 1654. §. 92. O. Cam. p. 1. tit. 52. B. Dn. Lauterbach. Ex. ad ff. II. θ. II. Licet quoad Processum ipsum Judicii; & ratione adversarii, **CONTUMACIA** Procuratoris hætenus noceat Domino, ut procedere valide possit Judex, perinde, ac si ipse Principalis **CONTUMAX** fuisset, valeatque sententia, ut ea regulariter amplius rescindi nequeat, per l. 10.

*C. de Procurat.* ibique Brunnemann, *arg. l. 13. §. fin. C. de Judic.* quod tunc præcipuè obtinet, si ipsemet hoc sciverit, sibiq; non prospexerit. Barbosa *part. 1. quest. 38. n. 61.* Vid. Zaf. *ad l. un. ff. si quis Jus dic. non obtemp. num. 3.* Ei tamen facultas Procuratorem rursus, Actione mandati ad consequendum damnum ab eodem passum, conveniendi in Judicio superest, *per d. l. 10. C. de Procurator. l. 13. C. mandat. Caz. spr. for. p. 1. C. 1. def. 225.* Si verò Procurator solvendo non existat, beneficio restitutionis in integrum contra tertium tum demum juvabitur, si collusio intervenerit, atq; terti<sup>o</sup> doli particeps fuerit. *l. 8. ff. de dol. mal. vid. l. 13. §. fin. C. de Jud.* Celeberrimus Universitatis hujus Antecessor Dn. D. Schweder. Fautor & Præceptor meus maximo perè colendus, *ad l. 32. ff. de Reb. Cred. p. 56. in Vol. Disp. Lauterbachian. 2.* Cùm etiam Procuratore Jure Canonico & moribus hodiernis plurimis in locis tam in propriam, quàm principalis animam; de Calumnia jurare cogatur. *c. ult. de jur. cal. in 6. Rec. Imp. Noviss. d. l. O. C. part. 1. tit. 56. J. P. W. p. 1. tit. 26. §.* Und ob etiã Procurator modo ad hoc habeat speciale mandatum, *d. cap. ult. X. de juram. cal. in 6. Recess. Imper. de Anno 1654. §. 37.* Quæri de hinc solet, An & hæc CONTUMACIA, si Procurator jussus præstare hoc juramentum in animam principalis, ad quod speciale mandatũ habebat, id ipsum recuset, domino noceat? Cõmuniter Ddr. affirmant. *per d. 10. C. de Procurat.* Gailius tamen ex æquitate audientiam ipsi denegandam esse existimat. *in l. 1. Obs. 86. Add. Græv. lib. 1. concl. 89. Bocer. in cl. 6. Disp. 18. §. 15. lit. b. Harpprecht. in process. jud. dec. 8. concl. 2. n. 3.* Pupillus verò, qui Tutorem non habet, CONTUMAX fieri nequit: *per l. 54. ff. de re jud. Anton. Faber in Cod. lib. 2. tit. 2. def. 3.* Neque minor CONTUMAX condemnatur, destitutus Curatore, *vid. §. 2. Inst. de Curat.* qui etiam invito ad lites (quod tamen secus Jur. Canon. & moribus hodiernis in criminalibus, *per c. fin. de Judic. in 610. Brunnem. ad l. 4. C. de Auth. prest. Vultej. l. 1. de jud. c. 6. num. 22. Carpz. Pr. Crimin. p. 3. quest. 118. num. 33.*) dari potest: Anton. Faber, *in Cod. l. 3. tit. 1. def. 29. §. 33.* Eique, si quasi CONTUMAX condemnatus sit, consultum est remedio restitutum in integrum. *per l. 8. ff. de min. 25. annis. l. 13. §. fin. C. de judic. ibique Brunnem. Quo facit quoque l. 15. §. 22. ff. de damn. infect. Vinn. in spr. contr. lib. 3. c. 43. p. 630.* Minorem autem ita restitutum impensas adversario restituere debere,

debere, tradit cum Fachin. l. 10. *controv.* 2. num. 3. Brunnem. ad d. l. 8. Et hujus CONTUMACIÆ ejusque pœnæ Reus argui potest, non solum subditus, sed & peregrinus: litigando enim foro obnoxius fit. Mev. p. 3. *decis.* 117.

XII.

OBJECTUM CONTUMACIÆ constituit præceptum seu jussus Judicis, qui contemnitur. arg. l. un. ff. si quis jus dic. non obtemp. § l. 53. §. fin. ff. de re judic. Qualis jussus est CITATIO, quam Judex ad instantiam partis decernit, per l. 68. ff. de judic. l. 3. §. 8. de damn. inf. c. 18. X. de for. comp. & SENTENTIA JUDICIALIS, cum interlocutoria, tum definitiva, t. t. ff. § C. de Re Judic.

XIII.

Sola igitur occultatio, ut quis pro CONTUMACE habeatur, non sufficit, sed CITATIO, & quidem justa, & arctatoria seu peremptoria, ita dicta, quod perimat ulteriorem dilationem, nec patiatur adversarium ulterius tergiversari, sed præcisam mandet comparitionem: per l. 70. ff. de Judic. Videatur tamen Zasius ad l. 53. ff. de Re Judic. (quam proinde sequitur justus in CONTUMACIAM processus. Mev. P. 1. Dec. 239. num. 7. Carpz. P. 1. C. 9. def. 16. num. 4.) requiruntur: arg. l. 68. ff. de Judic. Petrus Myllerus de processu judic. p. 435. B. Dn. Bardili, Exc. 20. §. 13. n. 45. Stephan. ad Nov. 112. c. 3. CITATIO siquidem, est principium & fundamentum Judicii, per §. fin. Inst. de Pœn. tem. litig. Quam in rem vid. Zas. ad l. 53. ff. de Re Judic. qui nonnullis in causis id ipsum fallere existimat. Talis verò peremptoria CITATIO etiam esse censetur, si comminatio illa citationi sit addita, si citatus non comparuerit, Judicem nihilominus ad instantiam adversæ partis in causa cogniturum, quod Jus & Justitia postulaverit. Er erst inz alsdann oder nicht / so solle in der Sache auf des Klägers Anhalten nichts desto weniger erg. hen was Rechte: s ist. Brunnem. ad l. 8. C. Quom. & Quand. Jud. Carpz. Jpr. for. P. 1. C. 2. def. 27. B. Dn. Lauterb. in Coll. Theor. Pract. ad tit. ff. de in Jus voc. §. 25. Licet VOX PEREMPTORIÆ Endlich / in citatione non reperiatur. arg. l. 71. ff. de Judic. Vid. l. 2. C. Quom. & quand. Judex Carp. d. l. Comminatio enim illa habet vim peremptoriæ citationis. Carpz. d. l. §. 17. de Process. tit. 7. art. 1. num. 27. Besold. p. 4. Conf. 167. ubi tamen pro perem-

peremptoria citatione non agnoscit illud: Daß Klägere ihre Nothdurfft innerhalb 6. Wochen einschicken sollen.

XIV.

Et hæc CITATIO de Jure Civili regulariter post tertiam demum dilatoriam fieri solet, sicque ad veram CONTUMACIAM inducendam, ultra tres CITATIONES & quarta peremptoria, seu edictum peremptorium desideratur; *l. 68. § seqq. ff. de Judic. Barbosa ad b. l. n. 121. § 23. Caspar Klock. Tom. 3. Consil. 187. n. 136. B. Dn. Lauterb. l. c. Judicis tamen arbitrium non penitus excluditur: per l. 72. ff. de Judic. Vultej. de Judic. l. 2. c. 6. num. 7. Zasius ad l. 53. ff. de Re Judic. n. 22. Unde interdum post unam aut alteram, aut ab initio una quoque pro tribus proponitur: Vid. l. 2. C. Quom. & Quand. Jud. Vid. etiam Zasius, d. l. Modò non pauciores dies habeat, quàm tres dilatoria habituræ fuissent. d. l. 72. ff. de Jud. l. 53. §. 1. ff. de Re Judic. l. 8. C. Quom. & quand. Jud. B. Dn. Lauterb. ad Jus Provinc. Würt. p. 1. tit. 11. §. 16. Brunnem. de process. civ. c. 3. num. 29. & num. 30. Quod de Jure Civili veteri in trinis citationibus per singulas vices erat intervallum decem: per l. 69. ff. de Judic. Jure verò novissimo triginta dierum. per Nov. 115. c. 3. & Auth. Qui semel C. quom. & quand. jud. R. l. de Anno 1654. §. Dann wird. Perez. in Cod. tit. Quom. & quand. jud. num. 3. Hodiè tamè ex usu fori tertia dilatoria vim habet peremptoria. Vultej. de judic. l. 2. c. 2. n. 175. J. P. W. p. 1. tit. 12. ibique B. D. Lauterb. In jure verò Statutario, Patriæ meæ Bremensis, cautum esse, ad hoc ut quis pro vero CONTUMACE habeatur, quarta vice quem peremptoriè esse citatum testatur. Casp. Klock. tom. 3. Consil. 158. n. 137*

XV.

Removetur dehinc à nostro Objecto: (1.) CITATIO DILATORIA, SEU SIMPLEX, quâ quis simpliciter ad Judicem vocatur, sed ulterior citatio decernitur, cognitione interim suspensâ, quæ Reum non facit contumacem. per l. 53. ff. de re judic. l. 9. C. Quom. & quand. jud. Wessemb. ad l. 13. C. de judic. Nov. 112. c. 3. princ. Rosbach. in process. tit. 35. n. 15. p. 193. Cujus formula hæc ferè est: Daß N. Den 10. Mart. erscheine / und Klägern auf seine geführte Klag antworte. (2.) CITATIO MONITORIA, v. g. ad videndum jurare testes. c. 4. X. de Testib. Klock, Vol. 2. Consil. 86. num. 201, Vel (3.) ILLA CITATIO, CITO TE SI TUA

SI TUA INTERESSE PUTAVERIS, AUT TE GRAVATUM ESSE SENTIAS; Si-  
quidem hæc æquè præcisam comparitionem non mandat, eo ipso  
dum comparendi facultatem committit in absolutam voluntatem  
citati, qui si non vult, comparere, non tenetur; Sicque citatus, qui  
non coarctatur comparere, non potest dici CONTUMAX, nec enim in  
CONTUMACIAM fit condemnatio, nisi terminus fit peremptorius. Joh.  
Petr. Surdus *Dec. 26. n. 7. § 8. Wesemb. ad d. l. 13. C. de judic. n. 13.*  
& cum eo Tabor *ad C. 1. A. d. l. Mev. p. 8. Dec 428. num. 6. Besold.*  
*p. 4. Consil. 167. n. 4.* Multò magis (3.) Ab Objecto nostro exesse  
jubemus, CITATIONEM PER SE INVALIDAM, SEU ILLEGITIMAM;  
talis enim de Jure nullius est effectus, citatum ad comparitionem  
non obligat, nec eum constituit in mora: ideò super tali citatione pro-  
cessus & sententia est nulla, ceu contra indefensum lata. *Wesemb. d. l.*  
& ex eo Tabor *l. cit. Mev. P. Dec. 81. num. 1. Brunnem. ad l. 45. ff. de*  
*Rejudic. quem add. de process. civ. c. 3. in fin.* Neque huc (4.) pertinet  
CITATIO AB ARBITRO COMPROMISSARIO FACTA, quippe quæ propriè  
non est CITATIO, sed magis VOCATIO, *arg. l. 53. §. 1. ff. de judic. l.*  
*65. § seqq. eod.* ut adeò ad eam non comparens verè CONTUMAX  
dici nequeat. B. D. Lauterb. *de arbitr. compromiss. §. 34. sed tn. ejus*  
*qs. Contumaciam arbiter punire possit, per l. 39. princ. de arbitr.*

XVI.

Est autem CITATIO, ut vim stringendi habeat, & quis ob eam  
CONTUMAX reputetur: (quæ regulariter per nuncium fit, *l. 7. 9. Cod.*  
*Quom. § quand. jud. Vid. l. 17. C. de dignitatib.*)

I. RITE CONSCRIBENDA, sicque in ea exprimendum, (1.) NO-  
MEN JUDICIS CITANTIS: *per l. 8. ff. de judic. Vultej. de judic. l. 2. c. 2.*  
*num. 22.* Ita tamen, ut in ordinario sufficiat nomen dignitatis & offi-  
cii, nec requiratur individui. *Carpz. de process. tit. 7. art. 2. n. 9.* (2.)  
NOMINA ET COGNOMINA UTRIVSQUE LITIGANTIS: Nolle enim debet  
Reus, cum quo lis instituenda sit. *c. 35. § fin. X. de Rescript. c. 2.*  
*eod. in 6to. Carpz. loc. cit. n. 10. Gail. l. 1. Obs. 49. Vid. tamen Carpz.*  
*cit. loc. n. 16. Vultej. de judic. l. 2. c. 3. n. 31. Mynsing. cent. 2. Obs.*  
*66.* (3.) CAUSA PROPTER QUAM ET AD QUAM QUIS CITATUR: O  
*Cam. p. 3. tit. 12. §. Und sollen zu so'chen / Ut deliberare possit, ce-*  
*dere an contendere velit, ne postea necessum fit novam dilationem*  
*ad deliberandum concedere; Unde hodie adjungitur copia libelli A-*  
*ctoris.*

Etoris. R. I. de Anno 1654. §. Darneben bleibt. 35. ibi: mit samt der Ladung und Klag-Libell gleichmäſſig authentifiziret / dem Beklagten vordero insinuiet / und verkündiget. Brunn. proc. civ. c. 3. n. 13. (4.)  
**LOCUS HONESTUS TUTUS & certus**; Cùm citatio loci incerti v. non tuti sit ipso jure nulla, nec citatus teneatur comparere. l. 5. §. 1. ff. Quod vi aut clam. l. 5. Cod. Quom. & quand. Jud. Clem. pastoral. 2. de sentent. & re judic. l. 21. §. 11. ff. de Rec. qui arbitr. Mev. p. 3. Dec. 153. Brunnem. ad l. 2. ff. si quis caut. jud. sist. num. 2. Modò forum ubi comparere debet, non sit notorium. l. 59. de Judic. Carpz. cit. loc. num. 37. (5.)  
**DIES, QUANDO COMPARERE DEBEAT**: Aliàs enim nesciret, quando judicio sisti oporteret. c. 1. c. 5. quest. 2. qui debet esse legitimus, h. e. non feriatus, arg. l. 2. §. 1. ff. si quis in jus voc. non iv. Laudat. Dn. Lauterb. ad J. P. W. p. 1. tit. 11. §. 11. qui tamen pro diversitate judiciorum variat. Vid. Nov. 53. c. 3. Nov. 58. c. 10. O. Cam. p. 3. tit. 12. §. Als auch noch. Lauterb. l. cit. Carpz. Jpr. for. P. 2. C. 2. def. 23. R. I. de Anno 1654. §. 36. ibi: Nach ermäſſig: Solet & consueta clausula addi pro cautela, ut si illa dies non fuerit Juridica, compareat die sequenti: Hora autem præcisè servanda non est. B. D. Lauterb. de variat. temp. p. 20. Dehinc horis matutinis citatus, si post meridiem compareat, non peccat, neque ad docenda impedimenta tenetur, cum totus dies citato profit, & modicum temporis nemini noceat. l. 8. si quis caut. in jud. sist. Carpz. p. 1. dec. 43. & de proc. tit. 7. art. 2. num. 56. Brunnem. ad l. 7. de ff. in integr. restit.

II. **A NUNCIO AD CUJUS OFFICIUM HOC PERTINET, EA DEBITE EST EXEQUENDA SEU INSINUANDA.** Wesemb. ad d. l. 13. C. de Judic. n. 21. Mev. p. 4. Dec. 294. Sc. debito loco, intra citantis territorium, Mev. p. 7. dec. 390. & justo tempore: Non tamen die feriato. per l. 2. & ult. ibi: fileat horrida vox prætoris, C. de feriis c. ult. X. eod. Quod ultimum quidem, moribus non observatur, quia (ut Practici adducunt) ea facti est, nec fit per Judicem: sed nuncium aut notarium, vel per literas, nullamque causæ cognitionem requirit. Et porrò convenienti modo, vel in faciem citati, l. 13. §. 1. ff. de Excus. tut. modo ipsius copia haberi possit. l. 1. §. 1. ff. de agnosc. liber. l. 4. §. 5. ff. de damn. inf. Mev. p. 3. decis. 81. Vid. l. 47. ff. de re judic. vel, si Reus latitet ad domum: Ut sc. vel uni ex familia tradatur, vel valvis ædium affigatur c. causam X. de dol. & contum. Carpz. tit. 7. art. 2. num. 57. Hilliger, ad Donell. l. 23. c. 2. lit. O. Scaccia l. 1. de Judic. c.



45. num. 4. Vid. Brunnem. ad tit. ff. de damn. inf. l. 1. §. 5. Quam citationem legitimè esse insinuatam; Actor probare debet. Carpz. d. l. num. 68. Hinc pronunciarì solet: Würde Kläger documentiren / daß Er die Citation legitimè insinuirt / so wäre Er damit zu hören. Si enim de ea non appareat, aut Judex dubitet, in CONTUMACIAM non proceditur. Carpzov. Jurispr. forens. p. 1. c. 9. def. 6. Mev. p. 2. dec. 208. § p. 3. dec. 222. 262. § 266. § p. 8. dec. 407. Add. Gail. l. 1. Obs. 58. § 55. Mynsing. Cent. 2. Obs. 62. Sed tunc revocanda citatio & jubenda pars ritè insinuare istud mandatum. Mev. p. 3. Dec. 222. ubi unâ hanc formulam exhibet, wird aussuchen in CONTUMACIAM noch nicht / sondern aus bewegender Ursach renovatio mandati, und Kläger solches zu des Beklagten Wissenschaft zu bringen / die Insinuation zu dociren schuldig erkant. Brunn. ad l. 53. ff. de re jud. § in proc. civ. c. 4. Probanda autem imprimis per relationem nuncii ordinarii seu judicialis, de qua in Actis constare debet, alioquin nec citatio, nec totus processus in CONTUMACIAM valet. l. 5. §. 1. ff. Ex quib. caus. in possess. eat. ibiq; Brunn. n. 1. § in proc. c. 3. n. 36. Hahn. ad Wes. de in jus voc. n. 13. Ut autè appareat de singulis CITATIONIS qualitatib; & circumstantiis, cui scilicet, quando, quomodo, & in quo loco facta fit, quid responderit, aut quid aliàs circa Actû executionis contigerit; hæc omnia ab ipso citationis executore referenda ipsi Judici mittenti, aut Actorum magistro, sive Judiciorum Actuario, qui Protonotari; dicitur: Cui nuncio propter electam fidem & Juramenti religionè de suo Actu executionis creditur. Unde si referat, citatum respondisse se nolle venire, ei fides habenda ad hunc effectum, ut Judex possit citatum in pœnam CONTUMACIÆ condemnare: Responsio enim citati est de pertinentiis citationis arg. c. preterea. X. de offic. § pot. Jud. deleg. Secus quoad probandum factum citandi. Lauterb. de nuncio th. 50. e. g. se ab eo injuriâ affectum esse, aut ipsam commissionem Judicis: Gail. l. 1. Obs. 54. n. 4. § 5. Brunn. in tr. de proc. c. 3. n. 38. Mindan. de mandat. judic. l. 2. c. 21. th. 2. B. D. Lauterb. diss. de Nuncio th. 56. § seq. Est quippe commissio Judicis soleñitas extrinseca, quæ non presumitur, nisi probetur Brunn. ad l. 30. ff. de V. O. Nec valet citatio, nisi ex mandato Judicis profecta sit. l. ult. C. de exhib. reit. ibiq; Brunn. Cz. lib. 1. resp. 25. n. 6. Quod requisitum necessarium non foret, frustra; deposceretur, si semper post factam citationem ex nuda nuncii

C

asser-

assertione intelligeretur mandatum Judicis præcessisse. Nec hanc sententiam turbat, aut eidem obstat, quòd commissio seu mandatum Judicis de citando aliquem, videatur esse de connexis ipsius citationis & relationis à nuncio factæ, de quibus idem Judicium ferendum: Et consequenter nuncio de commissione sibi factâ asserenti, non minus quàm de ipsa citatione fides tribuenda sit. Nam constat, potuisse citationem facere nuncium, & tamen non præcessisse Judicis mandatum, ut adeò non rectè asseratur, mandatum Judicis cum citatione necessarium esse connexum. Nec quisquam urget, si rogeratur, præsumendum esse, potius mandatum Judicis citationem præcessisse, quàm nuncium sine Judicis mandato citasse, & sic crimen falsi admisisse: quia in dubio nulla delicti capienda sit præsumptio. Hæc enim regula officium suum perdit, quando agitur de præjudicio tertii, veluti hîc citati, cessatque hoc in casu illa præsumptio, quâ aliàs quilibet bonus præsumitur. Alciatus *tr. de præsumpt. reg. 3.* Menoch. *l. 5. c. 2. n. 51. de præsumpt.* Minus negotium facessit, *l. 5. §. 13. ff. de reb. eorum qui sub tut.* ubi nuncio referenti ad magistratum simpliciter fides adhibetur, nec ibidem *dist.*, utrum commissio Judicis probata sit, nec nec: cum præsumendum quod in casu illius Legis commissio Judicis præcesserit, probataque fuerit. Dissentit Zinus, Baldus & Salicetus *in l. fin. C. de exig. reis. § in l. 30. ff. de V. O.* quòd si nuncius non fuerit juratus, schedula exigi solet, quæ in foro appellatur **RECIPISSÉ**, qui nuncius, si probet, quod dare, noluerit **RECEPISSE**, vel documentum insinuationis, tunc ab Advocato fisci citandus, & puniendus citatus, ob injuriam Judicio illatam. *Mev. v. 4. dec. 269.*

XVII.

In Camera Imperiali nuncius Camerae juratus, *Der geschworne Bott*/relationem (quam statim postquam rediit facere debet nunciorum Magistro: *O. Cam. p. 1. tit. 7. §. Und als bald.*) ad finem originalis citationis, & in copiis, si quæ sit, subscribit, cum designatione loci, diei anni, mensis, personæ; imò totius executionis: Notarius verò, publicum super facta executione instrumentum conficere, eique tenorem ipsius citationis vel mandati inferere debet: *O. Cam. v. 1. tit. 38. §. 5. Brunnem. de process. c. 3. n. 37.* Petr. Fridericus Mindanus, *de mand. jud. l. 2. c. 21.* B. Dn Lauterb. *d. Dissert. de nuncio* *l. 57. n. 14.* Alibi tamen hanc relationem ore tenus fieri sufficit, modo postea

postea ab Actuario ad Acta referatur, ut nimirum ex Actis de illa constare possit: Uti in hoc Duc. Würtenb. oretenus fit Poligrapho J. P. W. p. 1. tit. 11. §. Und diereil.

## XVIII.

Sive autem de Judice quòd fit competens, certo constet, sive de eo adhuc dubitetur. Reus citatus tamen, ad citationem, missam nisi **CONTUMAX** haberi velit, comparere & incompetentiam allegare tenetur: l. 5. ff. de judic. Cùm nullius privati sit, in dubio judicare de Judicis incompetencia. per l. 2. pr. ff. si quis in Jus voc. non iv. ibique Brunnemann. Vultej. de Judic. l. 2. cap. 6. num. 72. Ubi enim dubia est Jurisdictione, non dubia est paritio, Carpzov. P. 1. C. 3. def. 11. Vultej. l. 2. de Jud. c. 2. num. 25. l. 5. Et quidem in primo statim termino. R. I. de Anno 1654. §. Es soll auch. Cz. de proc. t. 9. art. 2. n. 2. § lib. 2. Resp. 9. Christ. Fridericus in process. Jud. de for. compet. ibique Caspar Nicolai in addit. lit. C. Menoch. l. 2. presunt. 19. num. 5. Vel per se, vel per procuratorem, non verò per literas. per l. 2. ff. si quis in jus voc. non iv. ibi: **VENIRE DEBET**, Carpz. in proc. d. l. quod multò magis in foro Saxonico obtinebit, cùm ibi litium abbreviandarum causa omnia viva voce: Vom Mund aus in die Feder. regulariter debeant proponi. Carpz. P. 1. C. 3. def. 11. § lib. 2. Resp. 11. Nicolai in. proc. p. 1. c. 19. n. 54. Fibigius de proc. c. 2. ibique Dn. Schwendendorff in not. p. 95. 96. Solentque in comparitione fieri protestationes. Se in honorem quidem Judicis comparere, non verò intendere per suam comparitionem, dicta vel facta, consentire in Judicis Jurisdictionem, nisi quatenus & in quantum de Jure teneatur. Es sey N. N. nur in honorem des löblich: n Judicii erschienen / und bewillige nicht weiter in di: sen Gerichts: Zwang / dann von Rechts wegen et dazu verbuden. post Petr. Termin. Fibigius d. l. Colerus in process. execut. p. 4. c. 3. Idque ne per non comparitionem aut licet compareat, per dictionem se simpliciter in Judicem nolle consentire, **CONTUMACIA**: & per absolutam paritionem in citante Jurisdictione, in citato præsumat Subjectio Boërius dec. 8. num. 5. Pacianus de probat. l. 2. c. 48. num. 43. Fibigius dict. loc. Modest. Pistor. Consil. 12. n. 78. Add. Gail. l. 1. Obs. 48. num 24.

## XIX.

Quòd fitamen in competentia Judicis fit notoria, tunc ad emis-  
sam citationem impunè emanere, & Judici non parere licet: per re-  
gulam Paul. in l. fin. ff. quod quisq; jur. in al. stat. ut ips. eod. jur. ut-  
tur. l. 53. §. fin. ff. de Re Judic. Gail. l. 1. Obs. 48. num. 9. Minsing.  
Cent. 6. Obs. 7. Ut res clarior fiat, addam exemplum. Ponam, Ju-  
dicem notoriè incompetentem v. gr. senatum oppidanum, Me, qui  
civis Academicus sum, citare, non teneor comparere, quia privilegi-  
um est notorium: Vid. Rebuff. de privileg. scholarum 154. Halliger. ad  
Donell. Eucleat. l. 23. c. 10. lit. E. Ita porrò, si Extraneus sine subsi-  
dialibus citetur, is æquè venire non tenetur, neque incompetentiam  
suam allegare opus habet. Non obst. l. 5. ff. de Jud. c. Barbof. ad l. 5. de  
Jud. Mev. P. 3. Dec. 305. Vid. B. Maurit. de judic. Rotbwilensic. 4. n.  
4. §. c. 2. n. 9. Müller, in Addit. ad Rummelin. Aur. Bull. p. 2. diff. 1.  
d. 6. Quia verò utraq; pars in judicio præsens esse debet: Aëtor  
quoque citandus, vel saltem admonendus de termino præfinito, hinc  
citatio Aëtori transmissa, vocatur: Ein Zaazettel. Scheda voca-  
toria Cz. in proc. tit. 7. art. 1. num. 30. cujus formulam habet Nicolai.  
de process. c. 3. n. 47. Add. Schwendendorff. ad Fibig. p. 1. c. 2. n. 3.

## XX.

Cùm autem CONTUMACIAM incurrat, quicumq; Judici non  
solùm citanti, sed etiam aliud quid præcipienti non obtemperaverit.  
d. l. 53. ff. de re jud. quo maximè spectatur contemptus Judicis: Ta-  
bor ad C. J. A. d. l. num. 19. ideò per se constat, quòd sententia quo-  
que tam interlocutoria, quàm definitiva, objectum imprimis CON-  
TUMACIÆ constituat, præsertim si comminatio aliqua præjudicialis,  
nisi pareatur, fit annexa. Unde cùm laudum, seu sententia arbitri  
compromissarii: Ein Urtheil des willkürlichen Richters. non fit vera sen-  
tentia (judicialis sc.) l. 13. §. 5. ff. de his qui not. infam. B. Dn. Lauterb.  
in tract. de arbitr. comprom. Mev. p. 8. dec. 12. n. 2. 3. 4. utut vicem  
formamque sententiz habeat: Mev. d. l. Proinde illa ad nostrum ob-  
jectum neutiquam pertinet, nec arbiter propriè judex est, cùm priva-  
torum consensus Judicem non faciat; l. 3. C. de Jurisdic. sed partes Ju-  
dicis suscipere dicitur in l. 13. §. 1. ff. de Rec. arbitr. l. 14. C. de Judic. in-  
de quoque divisio Judicii in voluntarium & necessarium non est ge-  
neris univoci, sed τὸ αὐτὸ ἐν Vinn. Jpr. contrar. l. 3. c. 2. lit. m.

## XXI.

## XXI.

FORMA ESSENTIALIS consistit in ipsa vi, dicto præcepto seu jus-  
sui Judicis dolosè non parendi, arg. l. t. Extra de dol. & contum.  
Quo ipso hoc delictum ab aliis fraudibus malitiosis & inobedi-  
entiis notoriè distinguitur: ACCIDENTALIS verò posita est in eo ut (1)  
Contumacia ab adversario, vel iplomet, v. ipsius Procura-  
tor e in termino præfixi temporis fuerit legitimè accusata.  
Daß er des Ungchorsams beschuldiget werde. per l. 73. §. 1. ff. de Judic.  
l. 13. §. 2. C. eod. Auth. Qui semel Cod. Quom. & quando Jud. ibiq; Brunem.  
arg. l. 68. ff. de Judic. l. 4. de accus. ibi: ex una postul. l. 4. §. 8. ff. de  
damn. inf. Petr. Myllerus in dissert. de process. Judic. p. 435. n. 5. Gail.  
l. 1. Obs. 55. num. 6. & 7. Carpzov. de process. l. 8. art. 1. num. 4. &  
lib. 2. Resp. 47. num. 1. Brunnem. ad Auth. Qui semel C. Quom. & quando  
Jud. Goswin. ab Esbach. ad Carpz. Jpr. for. P. 1. Const. 9. def. 15. Rich-  
ter. p. 7. Consil. 48. num. 29. Mev. p. 5. dec. 290. num. 8. ibi: Ob con-  
tumaciam nihil decernitur per Judicem nisi prius accusatus per partem. &  
P. 8. Dec. 170. Hilliger. ad Donell. Enucl. l. 23. c. 10. lit. D. Graven.  
P. 1. Conclus. 55. consil. 11. Neque diversum statuendum esse si ex sta-  
tuto CONTUMACIA inducatur, existimat, Hartmann. Pistor. d. p. 10.  
quest. 3. num. 13. Scaccia de Judic. l. 1. c. 91. num. 18. Coler. de process.  
p. 1. c. 2. num. 17. Ziegler. ad Instit. J. Can. l. 3. tit. 6. §. 1. Brunnem.  
d. tr. de process. civil. c. 4. num. 7. Mev. p. 3. Dec. 390. num. 6. Non  
obstante eo, quòd quando pœna ipso Jure infligatur factum homi-  
nis non exigatur. Hilliger. ad Donell. Enucl. l. 23. c. 10. lit. D. in fin.  
Sigism. Scaccia de Judic. l. 1. c. 91. num. 18. Dissent. Franciscus de  
Caldas ad l. 3. C. de in int. restit. in def. 10. n. 9. Bartolus od l. 10. n. 5.  
ff. de publ. judic. §. 1. 6. n. 3. ff. de pœn. Excipiuntur tamen causæ,  
ubi ob publicum interesse, præsertim in criminalibus, ex officio Judex  
procedit, & Actoris vices supplet, ita, ut Rec omninò in causa prin-  
cipali, si magistratus velit, procedendum sit Brunnem. d. tr. de pro-  
cess. civ. c. 4. num. 7. Tabor C. J. A. d. l. num. 16. Add Mev. p. 8. dec.  
357 Herm. Vukelj. in Jpr. Contract. c. 30. Julius Clarus l. 5. sent. §.  
fin. quest. 51. num. 9. & II.

## XXII.

Non sufficit etiam ACCUSARE CONTUMACIAM simpliciter, ut  
ob hanc ulterius procedatur, sed necesse insuper est CERTA POENÆ PE-

C 3

TITIO:

**TITIO:** *Mev. p. 3. dec. 390. Illustr. Dn. Strik. Introd. ad prax. for. caut. insti. c. 6. §. 9. ubi hoc probè notandum esse monet: Unde quod prius legitima petitio fieri debeat, ita præter propter decernit Judex. Wird auf besuldigte Contumaciam weiter nichts / sondern wann gebührende Suchung einkommt / was recht erkant; Mev. d. l. n. 8. Dehinc formulam CONTUMACIAM accusandi seq. refert prælaudatus Dn. Stryk. l. cit. Ut prævio titulo, Judici pro præfixo termino gratias agat, & se comparuisse, Reum verò absentem esse dicat, postea eidem citationem legitimè insinuatam esse probet, & CONTUMACIAM illius solenniter accuset, subjunctâ petitione legitimâ de refundendis expensis. Ea tamen quia est Actus contentiosæ Jurisdictionis in die aliquo feriato fieri nequit, argum. l. 1. ff. de feriis. Mev. p. 3. Dec. 276. num. 1.*

X XIII.

(2.) Ad formam hanc accidentalem requiritur, ut conditio adversarii deterior facta sit. *Arg. l. 8. ff. si quis caut. in jud. sist. quod per se patescit.* (3.) Eandem esse veram Contumaciam sententiâ Judicis delatarum sit. *Es muß darüber recht und gerichtlich verfahren / und ob sich angeklagter Theil versäumt / erkannt werden. Arg. c. 24. X. de off. & potest. Jud. deleg. l. 68. ff. de Judic. Auth. Qui semel C. Quom. & quand. Judex Ordin. Cam. p. 3. tit. 12 §. Würde dann. & tit. 42. R. l. de Anno 1554. §. So auff. Ordin. provinc. Elect. Saxon. tit. 10. §. Im fall aber. Richter. de privileg. Credit. disp. 1. p. 15. Vol. 1. Consil. 48. n. 29. Gail. l. 1. Obs. 86. Hartmann. Pistor. p. 1. quest. 3. num. 10. Vid. Brunnem. de proc. civ. c. 4. n. 15. Mev. P. 8. Dec. 428. Modò prius, causa pro conclusa habeatur, atq; in CONTUMACIAM pronuncietur; Ordo enim processus id exigit, Mev. dict. p. 8. Dec. 428. Add. p. 9. dec. 29. n. 9. Gail. l. 1. Obs. 60. num. 6. Insuper post lapsum terminum CONTUMACIAM adhuc citetur ad audiendam sententiam, & pœnæ declarationem: per l. 2. §. 1. ff. si quis jus voc. non in iv. Ex sententia Brunnemann, ad l. 2. ff. de Re milit. & ad l. 2. C. Quom. & quand. Jud. Mindan. de mandat. judic. c. 19. §. 9. c. 2. de dol. & contum. in 6to. Quam autem non aliis sed soli CONTUMACIAM nocere debere: per l. 22. C. de pœn. vult Wesembec. dict. l. & cum eo Tabor, & quidem in eo solum puncto quo intervenit, non in alio*  
*argu-*

*argument. l. ult. §. 1. ff. de appellat.* Idque, ut adducit Anton. Faber. *in Cod. l. 3. tit. 1. def. 23. num. 11.* ne scilicet effectus amplior sit suâ causâ. Post plures, Caspar. Klock. *tom. 3. Consil. 187. num. 181.* ubi exinde CONTUMACIAM circa citationem solummodò commissam, non nocere circa litis contestationem infert.

XXIV.

Finis Contumaciæ est, ut contemnatur authoritas Judicis, jusq; adversæ partis reddatur deterius, *per l. 13. §. 2. C. de Jud. c. 3. §. 4. X. de dol. & contum. Mev. p. 8. Dec. 289.* CONTUMACIA enim non solum pars offenditur, sed etiam Judex: Hilliger. *ad Donell Enucleat. lib. 23. c. 10. lit. A.* Inde est, quòd Judex ad tuendam Jurisdictionem suam, sine accusatione CONTUMACEM arbitrariè seu extraordinariè multare possit. Mindanus *de mandat. Judic. l. 2. c. 4. §. 4. Mev. p. 6. dec. 19. Non obst. l. 19. ff. de in Jus voc.* Per quam multam æstimatur contemptus, non verò interesse partis, Brunnem. *de proc. c. 4. num. 9.* Et hanc primò sub comminatione intimandam, deinde indicandam, & fisco applicandam esse *d. loc. tradit, quo & denegationem audientix in aliis causis, num. 12. refert. Add. Godofred. ad l. 26. ff. Ex quib. causis major lit. E. Maranta p. 5. de contumac. num. 9. & seqq. ubi 24. CONTUMACIÆ pœnas recenset.*

XXV.

EFFECTUS CONTUMACIÆ, sunt vel utriq; parti communes, vel Actori aut Reo proprii. Communes, quòd Contumax, si ve vincat, si ve succumbat, in expensas termini illius condemnatur. *per l. 79. ff. de Jud. l. 13. §. 2. Cod. eod. Nov. 112. c. 3. §. 2. c. 1. de dol. & contum. in 6to.* Vid. tamen Zasius, *ad l. 13. C. de Jud. §. 6. num. 7.* Estq; hæc refusio damni & expensarum, ordinaria CONTUMACIÆ pœna. *Mev. p. 2. dec. 327. Sonnemannus ad Nov. 69. cap. 3. vid. Brunnem. tr. de proc. c. 4. n. 3. Vid. §. 1. de pœn. tem. litig. per quas etiam impensæ in Advocatos & Procuratores intelligendæ, per l. 15. C. de Judic. ibiq; Brunnem. & in d. tr. de process. civ. loc. cit. Carpz. de process. tit. 8. art. 1. num. 9. Dissent. Hartmannus: Pistor. Obs. 140.* Quo etiam ex sententia Zassii: *ad l. 13. §. 6. C. de Judic. pertinent sumptus, quos pars obediens in diversoriis fecit, moderati tamen, non superflui & detractò eo quod aliàs domi impendisset. Et hæ*

hæ expensæ non debent reservari ad finem litis, sed in quolibet juris articulo qui processum impedit, integræ restituendæ sunt parti adversæ, alias ulterius in iudicium non admittitur. l. 15. C. de iudic. ibique Brunnem. l. penult. C. de fruct. & lit. expens. Sonnemannus *ad d. Nov. 69. c. 3. n. 3. add. n. 4.* Tamefi ex Germanorum consuetudine, uti quoq; apud Consistorium almæ hujus Eberhardinæ receptum est, ad decisionem usq; litis plerumq; reserventur: Vultej. *de iudic. l. 2. c. 6. num. 168. Mev. p. 5. dec. 180.* Jus tamen commune in Saxonia adhuc dum observari testis est, Carpz. *d. tr. de pr. loc. alleg.* A quibus expensis ne quidem Actor, & si ulterius agere nolit, immunis evadit. *per c. 1. X. de dol. & contum. in 6to. Carpz. cit. loc. c. 8. art. 1. n. 37. & seqq. Carol. Scharfmid. ad Nov. Exerc. 10. ad Nov. 53. §. 30. & Nov. 112. §. 22.* Liquidandæ autem sunt expensæ à parte præsentis, à Iudice verò moderandæ, & moderatæ à præsentis, juramento confirmandæ. *Auth. post jusjur. C. de iudic. Auth. Si verò C. eod. ibique Brunnem. Idem ad l. 79. ff. de iudic.* Tandem sequitur adjudicatio, quæ tamen non in minus fieri debet quam taxatum & juratum est, reservatâ tamen alteri parti appellatione Brunnemann. *ad l. 15. C. de iudic. Carpz. Resp. l. 3. Resp. 30.* hasq; expensas etiam non petitas ad iudicandas esse contendit Dn. Rebhan. *in d. sp. de expens. lit. §. 8* propterea, ne *CONTUMACIA*, per quam ipsa iudiciorum authoritas contemnitur, maneat impunita *d. l. 15. C. de iudic.* Consentit Sonnemannus *ad Nov. 69. c. 3.* Vid. Brunnem. *ad l. 79. de iud. n. 2. Mev. p. 7. dec. 241.* An a. Reus (si Actor omnes terminos observavit, comparuit in primo ad accusandam absentiam citati, item in secundo) ad peremptoriam citationem comparens, Actor ad expensas in terminis sic expectatis condemnandus sit? De eo: Vid. Zaf. *ad l. 53. ff. de iudic. n. 23.* Potest etiam in expensas ita condemnatus, si easdem refundere nequeat, corporis detentione coerceri. *per c. 5. X. b. 1. Ita porrò CONTUMAX NON APPELLAT. l. 73. §. fin. ff. de iudic. l. 13. §. 4. C. eod. l. 23. §. fin. de appell. ibique Brunnem. Anton. Daniel Sonnemann ad Nov. 82. c. 5. num. 9.* Modò iudicium in *CONTUMACEM* institutum, cumq; eo justè processum, & vera, non ficta contumacia sit, *l. 73. de iudic. l. 3. C. Quom. & quand. l. 1. l. 1. x.* ibique Brunnem. *add. ad d. l. 73. de iudic. Mev. p. 5. dec. 179.* Ubi de requisitis ad id, ut *CONTUMAX* ab appellationis beneficio excludi possit, pluribus agit. *Eaque in veni-*



veniendo consistat, dum ad peremptoriam vocationem neque per se, neq; per alium comparet, per l. 73. §. fin ff. de Judic. Brunn. ad d. l. 23. ff. de appell. Non autem in non agendo, vel in non respondendo, aut in non exhibendo, aut in non jurando de calumnia: per l. ult. §. 1. ff. de Appell. Brunn. d. l. Gail. l. 1. Obs. 132. Sic & CONTUMAX AD REVISIONEM ACTORUM NON ADMITTITUR. Mev. P. 4. Dec. 353. Brunn. ad l. 53. ff. de Jud. num. ult. Ubi enim prohibita est appellatio, ibi revisio quoq; prohibita esse censetur. In surrogato enim idem jus est, quod est in eo in cujus locum surrogatur: Post Mev. & Brunnem. d. ll. Goswin. ab Esbach. ad C. Ipr. for. P. 1. Const. 2. cui ETIAM RESTITUTIONIS IN INTEGRUM BENEFICIUM DENEGATUR: Brunnem. ad d. l. ult. ff. de appellat. & ad l. 13. C. de Jud. Mev. p. 4. dec. 229. & p. 5. Dec. 328. UT & SUPPLICATIONIS REMEDIUM: Brunn. ad d. l. ult. Sonnemannus ad Nov. 81. c. 10. Similiter CONTUMACIS pœna est, UT IN CONTUMACIAM VIA PROBANDI PRÆCLUDATUR, si tempus Ipsi ad probandum concessum contumaciter elabi patiatur: qui enim probationes suas deserit is de Jure suo dicitur diffidere, & res pro liquida habetur. Mindan. de mand. Judic. l. 2. c. 19. §. 4. Et wird des Beweises / daran er sich versäumt / verlustig gemacht / und mit seiner Nothdurfft weiter nicht geböret. Carpzov. in process. tit. 13. art. 4. num. 49. & seqq. §. art. 1. §. 7. Dn. Stryck. in Introd. ad prax. for. c. 8. §. 8. Ita si unus litigatorum concludere in causa recuset absque justa causa, ea pro conclusa ex officio accipitur sub hâc consuetâ formulâ: Und wird die Sache hiemit ex officio vor beschloffen angenömen. Brunem. ad l. 58. ff. de Judic. num. 4. Et porrò citatione partium ad collationem & inrotulationem Actorum facta. Vid. R. l. de Anno 1654. §. doch mit dem Zusatz. 107. Si ambo litigatorum vel alteruter non compareat, nihilominus in CONTUMACIAM inrotulationis Actus perficitur & expeditur, & ad sententiam proceditur. Schrader. de Feudis p. 10. sect. 14. n. 19. Koppen. l. 2. Obs. 109. Carpzov. de process. tit. 16. art. 1. n. 35. B. Maurit. Consil. Chiloniens. consil. 16. n. 10. Add. Gail. l. 1. obs. 107. num. 2.

XXVI.

CIRCA EFFECTUS ACTORI PROPRIOS, distinguendum erit, anne ante, an verò post litem contestatam is CONTUMAX fuerit.

D

PRIORI

PRIORI CASU, non auditur, nisi, restitutis Reo omnibus expensis & damno, caveat, de se posthac fideliter, sistendo in judicio c. 9. b. t. in 6to. Judexque hisce non observatis Actorem audiens, & ad præstanda non compellens, ex sua substantia detrimentum læsis resarcire tenetur: per l. 15. C. de Judic. ibi: Si hoc prætermiserit. ibiq; Brunnem. Eoq; deinceps tribus vicibus, vel unâ & quidem peremptoriè citato, nec tamen comparente, arbitrio Rei permittitur, utrum absolutionem vel à citatione, manente nimirum libello, vel quò sibi plenius consultum sit, ab Observantia Judicii & instantia ubi novo libello opus est, & citatione adversæ partis Brunnem. ad l. 37. ff. num. 6. An verò, ut sibi de jure suo docere liceat, (quod regulariter facere non tenetur, per l. 2. ff. de prob.) petere velit: p. c. 3. X. de dol. & contum. Quo posteriori impetrato & peracto, si post lapsum anni Actor iterum ad comparendum intra 30. dies peremptoriè citatus, in CONTUMACIA sua perseveret, Reum per probationes causam liquidantem ab ipsa INSTITUTA ACTIONE: *Bon angestellter Klag* in probatione verò illa Juris sui deficientem, ab OBSERVATIONE DUNTAXAT JUDICII, (adjudicatis tm. expensis) salvâ Actori de novo agendi facultate, absolvendum esse, communiter existimant Ddr. per Nov. 112. c. 3. & inde desumptam Auth. Qui semel Cod. Quom. & quand. Jud. Vid. Bartol. ad l. 18. ff. de Accus. num. 8. Alii tamen, Actorem termino item circumducto iterum CONTUMACEM, totius causæ naufragium pati, Reumque definitivè absolvendum esse volunt; atque hanc esse contumaciæ repetitæ pœnam dicunt, quòd Actori hoc casu perpetuum imponatur silentium, neq; detur amplius facultas litem resuscitandi vel restaurandi Inter quos est Brunnem. ad d. Auth. Qui semel C. Quom. & quand. Jud. & de process. civ. c. 4. §. 3. & 4. Mindan. de mandat. Judic. l. 2. c. 20. §. 4. Scharfsmidt ad Nov. 112. num. 21. Et talem citationem Actoris in effectu sapere processum ex l. diffamari §. C. de Ingen. manum. tradit Engel. in Coll. univ. J. C. b. 1. num. 15. Ex qua lege Actori peremptoriè citato, & sine justa causa emanenti perpetuum silentium imponatur: Additq; frustra aliàs anni spatium indultum esse Actori CONTUMACI ad redeundum, si & post illum quancumque vellet, redire posset. LITE VERO CONTESTATA potest Reus procedere in causa & sententia Judex ferre vel absolutoriam, vel condemnatoriã, semper in expensas condemnato CONTUMACE. l. 13. §. 2. C. de Jud. Adeoq; & secundū Actorem,

rem,

rem, tametsi CONTUMACEM, si suam intentionem probaverit, nec ea per reum elisa fuerit, pronuntiandum, eâ verò non probatâ, Reus ab intentata Actione definitivè absolvendus erit, imposito Actori silentio perpetuo; per d.l. 13. C. de Judic. & dict. Auth. Qui semel Vultej. de Judic. l. 2. c. 6. num. 166. & seqq. Non ob solam CONTUMACIAM Actor causâ seu Jure suo non cadit, si aliâs de Justitia ipsius & Rei veritate constet, idque, ne daretur occasio gratificandi uni magis quàm alteri, quod admitti exemplo perniciosum foret: Semper Actore in expensas condemnato. l. 13. §. 2. Cod. de Judic. ibiq; Brunnem. Nov. 112. c. 3. Multum autem interest ab instantia tantum, an ab Actione ipsa quis absolvatur. Qui enim ab Actione ipsa absolvitur, is litem contestari, respondere, & exceptiones legitimè deducere non cogitur: qui ab instantia tantum absolvitur, ille tutus non est, quin iterum sublato eo, quod in exceptione temporale fuit, ab Actore conveniri possit, cui Actio illa pronuntiatione in alio Judicio integra relinquitur. Mevius part. 9. Dec. 124. n. 6. Et hæc quoque ratio est, quòd Ulpianus in l. 73. §. 2. ff. de Jud. dicat, salvam quidem esse litem, verùm instantiam tantum edicti peruisse. Vid. tamen Zasius ad l. 13. C. de Judic. num. 34.

XXVII.

EFFECTVS REO PROPRII, pariter considerandi sunt juxta diversitatem temporis: Utrum scilicet existat CONTUMAX ante, an verò post litem contestatam. Est enim & Reus CONTUMACIÆ verè reus, tam ante, quàm post litem contestatam. Novell. 69. §. 112. c. 3. Perez in Cod. ad tit. Quom. & quand. Jud. num. 9.

PRIORI CASU, Reo citato CONTUMACITER emanente, præter expensas de quibus supra & in c. 2. X. b. t. de dol. & contum. mittitur Actor, ejus CONTUMACIAM accusans, pro qualitate Actionis institutæ in possessionem bonorum Rei, si Reus prius per sententiam pro CONTUMACE declaratus fuerit: Wann derselbe mit Urtheil vor ungehorsam erkannt. J. P. W. p. 1. tit. 12. rubr. Von Ungehorsam des Antwortenden. §. Und nemlich. p. 73. Constituiturque Actor anno elapso post primum decretum verus possessor: Quam in rem vid. l. 7. §. 17. & seq. ff. Quib. ex caus. in possess. l. 5. C. de bon. Auth. Jud. possid. Nov. 83. c. 4. Auth. Et qui jurat. C. eod. c. fin. X. ut lit. non content. J. P. W. p. 1. tit. 13. ibique B. Dn. Lauterb. in diff. tb. 23. Zasius ad tit. ff.

de damn. inf. Vultej. de Judic. l. 2. c. 6. B. Dn. Frommann. in differ. Act. real. & personal. quâ constituta & in Judic. introd. 0. 3. & 4. Aut si causâ qualitas hujusmodi missionem non admittat, flagello ecclesie EXCOMMUNICATIONE (quâ B. Hülsem. est censura ecclesiastica per quam cujusvis particularis ecclesie membrû ob scandalosum crimen in vita aut falsam & scandalosam professionem in fide suspenditur, vel etiam planè excluditur à communione, tum interna gratia spiritualis, tum externa, verbi & sacramentorum, nec non conversationis fraternæ quâ Christianis tanquam fratribus etiam extra cœtus sacros intercedit; tr. de corrept. fratern. §. 18. num. 131.) punitur. Arg. c. 1. 3. & ult. §. fin. X. ut lit. non contest. c. 11. 14. & 43. caus. 11. quest. 3. c. 2. X. de majorit. & obedient. Tridentina Syn. Sess. 24. c. 3. Ungepaür Valleng. Zœf. comm. decret. ad tit. de dol. & contum. Brunn. tr. de proc. civ. c. 4. n. 16. Vel respecta sequestratur Valleng. b. t. n. 4. Brunn. ad l. 18. ff. si servitus vindic. ad d. d. tr. de process. c. 4. n. 14. Aut lis in contumaciam pro negativè. (Affirmativam enim litis contestationem in rei veritate non admittimus, l. 14. §. 1. C. de Judic.) contestata acceptatur. Ordin. Cam. P. 3. tit. 43. §. Wo aber der Kläger ibi: soll auf sein Anruffen / nach beschebenen Ruffen / auch Verschelnung der dreyen Gerichts - Tâgen der Krieg in contumaciam für bestättiget angenommen. Carpz. l. 3. Resp. 33. Brunnem. d. tr. de process. civ. c. 4. num. 17. Modo Actore petente & urgente, è contra Reo litem contestari ad jussum Judicis. (Dass er auf die wider Ihn angestellte Klag bey Straff des Ungehorsams / litem zu contestiren schuldig seyn solle.) recusante arg. c. 2. ibi: jussusq; à Judice respondere recuset, de confess. in 6to CONTUMACIA ejus in contestandâ lite decenti modo fuerit accusata; per l. 13. §. 2. C. de Jud. l. 8. C. Quom. & quand. Jud. Isq; à Judice (dato eidem ad litem contestandam à die oblatis libelli termino 20. dierum de Jure Civili: per Nov. 13. c. 3. Auth. offert. C. de litis contest. De Jure verò Patriæ meæ Bremensis ter octonarum dierum. Bremisch Stadt - Buch im 29'en Urtheil. §. Ein Mann muß auch 3. acht Tage haben / ehe er Antwort gebe) pro CONTUMACE declaratus fuerit: Klock. tom. 3. Consil. 197. num. 260. & seqq. & Actori tunc via probandi aperitur. Ord. Cam. d. l. R. l. de Anno 1654. Br. ad l. 13. §. 4. C. de Jud. n. 38. Ubi tn. iterum comuniandi articuli Reo ad formanda interrogatoria, sicut & ad omnes alios actus citandus

CON-

CONTUMAX, donec ad sententiã definitivam perveniatur. Dn. Stryck. *in d. tract. c. 6. §. 5.* Quibus demum probatis reus condemnatur, si autem non fuerint probati absolvitur: Gail, *l. 1. Obs. 80. n. 2.* Add, Cz. *l. 3. Resp. 30.*

XXIIX.

IN CAMERA IMPERIALI, obtento proclamate seu citatione per przconem de qua vid. B. Maurit. *in Diss. de citat. ad reassumend. th. 1. p. 549.* adversus Reum CONTUMACEM in non veniendo aut non restituendo tres viæ procedendi erant. Prima nimirum, ad pœnam banni, (quâ alicui aquâ vel igne interdicitur, ita, ut à nemine in clientelam recipi debeat,) si modo prius ad audiendam sententiam banni requisitus fuerit & citatus. *Ord. Cam. p. 3. tit. 43. §. 1.* Brunn. *d. tr. de process. Civil. c. 4. n. 17.* Secunda ad immissionem bonorum pro qualitate causæ ex primo & secundo decreto. Tertia, in causa principali usque ad definitivam. Ex his Actor commodissimam sibi eligere poterat; *Ordin. Cam. de Anno 1555. tit. 43.* Goswin. ab Esbach. *ad Carpz. Jpr. for. p. 1. C. 9. def. 6.* Electam verò Judex Camera expeditam reddere tenebatur. *Ordin. Cam. d. tit. 43. in princ.* Jure autem novissimo, duo horum modorum sunt abrogati, & unicus tantum, procedendi scilicet in ipsa causa principali, approbatus est: *per R. I. de Anno 1654.* Würde hierauf nun der citirte. Ibi: So verbleibt es bey der Ordnung / und bisshertigen üblichen Gerichts-Gebrauch / daß / wann das Ruffen erkannt / dem Actori nach Verfließung der 6. Juridicarum zugelassen seyn solle / gegen dem ungehorsamen und nicht erscheinenden Antworter in CONTUMACIAM (jedoch mit Aushebung der bisshertigen gebrauchlichen zweyen wegen / entweder auf die Pön der Acht / oder immissionem ex primo aut secundo Decreto procediren /) in der Hauptsache ordentlicher Weise bis zu und nach Belieben / (allermassen in der Ordnung *p. 3. tit. 18. §. 43. §. 2. 3. tit. 52. pr.* versehen werden) zu verfahren. *Brunnem. de process. Civil. c. 4. n. 19. §. ad l. 13. C. de Judic. num. 40.* Blum. *de process. Cam. tit. 66. §. 53. §. 54.* Rhoding. *in process. Cam. l. 3. tit. 55. num. 8.*

XXIX.

Est tamen abrogationis exceptio IN TUTORIBUS ET CURATORIBUS CONTUMACIBUS, adversus quos przfati duo modi etiamnum obtinent, *per Recess. deput. de Anno 1600. §.* Im Fall aber. Ibi: Dic contra Tutores, oder Curatores contumaces ruffen ergangen / und dar

auf in *contumaciam* zu procediren / ist dahin einmüthig geschlossen; Diemeil allein die citirte in culpa befunden / und den Pupillen billich nicht schädlich / sondern ihr habendes Recht allezeit unverleget seyn soll / daß der Proceß nicht in der Hauptsach der Pupillen und minderjährigen/nach deren Güter/ sondern wider die Curatores oder Tutores, als nemlich auf die Aecht/oder auf deren Güter angestellt / und verfabren werden soll. Rhod. *ad process. Cam.* l. 3. tit. 86. § 57. Brunnem. *ad l.* 4. § 5. C. *si advers. remjudic.* Carpzov. *Jrispr. for. P. i. C. 1. def. 22.* ibique Geswin. ab Esbach. *Gail. l. 1. Observ. 45.* Add. Dn. Schrag. *Camerae Imperialis Assessor. in Dissert. de process. contum. crimin. German. hod.* Blum. *d. tit. 58. 59. 66.* & Cammer. *Gerichts Concept. p. 3. lit. 5. S. 1.*

XXX.

In *causis criminalibus* verò *Rei citati* & *non comparentis bona*, tanquam ipsius *Rei propria* annotantur: *ex art. 206. Nemesis Carolin.* Ibi: So ein Ubelthäter ausweicht/so soll der Richter 2. oder 3. desselbigen flüchtigen Freund ersodern / und in Gegenwart derselben / und zweyer Schöpffen des Gerichts / der Sachen unverdacht / alle seine Haab und Güter so in seinem Gericht gelegen / durch den geschworrenen Gerichts-Schreiber eigentlich beschreiben und aufzeichnen / und dem Ubelthäter nichts daran erfolgen lassen: *Quæ bona annotata nec post annum ut olim l. fin. ff. de requir. reis l. ult. C. eod. fisco cedunt*, sed *liberis absentium eorumque proximis heredibus ad alimenta consequenda*, relinquunt hoc artic. Ibi: Doch sollen die gedachte Annehmer der berührten Güter des Thäters Eheweib und Kinder/ob er die hätte nothdürfftige Eelbes Nahrung von solchen Gütern reichen. *Vid. Besold. p. 4. Consil. 146. num. 12. 13. 14. Speidel. in specul. variar. observat. Von Abwesenheit. Bullæus ad h. art. 206.* *Quam sententiam in hoc Ducatu Württembergico speciali constitutione quoque approbavit serenissimus Legislator in tit. 24. Ordin. Provincial.* Ibi: Wir wollen auch / daß aller unserer ungehorsamen ausgetretenen Untertanen / die jeso seyn / oder für ohn werden / all ihr Haab und Gut von unsertwegen/und in unserm Namen / jederzeit durch unsere Amptleut angenommen / aufgeschrieben und behalten. *Quæ bonorum annotatio moderna, eum tantum in finem fit, ut Reus mediis vivendi destitutus, eò facilius redire cogatur, sicq̃ non in finem confiscationis, sed*

sed eo fine, ne quid ex bonis ad fugitivum transferatur, & ita ejus fuga instruatur. *p. d. art. 206. Brunn. ad l. 1. C. de requir. Reis. Vid. Struv. ex 49. b. 96.* Neq; Judex, aliusve qui Justitiam exercet, in suos usus quicquam convertere debet. *b. art. 206. ibi:* Und sollen auch die Richter und Obrigkeit zu Ihren Nutzen den Flüchtigen von ihren Gütern gar nichts annehmen. Quod tamen de quorundam locorum praxi contraria attestatur. *Bullæus adb. art. 206. refert Besold. adb. l. p. 100.* A Carolino verò recedit J. P. W. in eo, quòd in hoc Ducatu de confignatis fugitivi bonis sine speciali Serenissimi Ducis mandato nemini aliquid dare permissum sit: In passu supra alleg. *tit. 24. Ibi:* Auch niemand davon nichts geben/noch zugestellet werden soll ohne unsern sonderlichen Befehl und Geheiß. Cùm tamen secundum hunc articulum 206. ipsi Judices Reorum cognatis, si cautionem præstent se fugitivo nihil subministraturos, bona conscripta concedere, & illorum receptatores liberis atque uxori fugitivi ex bonis illis necessaria alimera cum consilio præsertim Judicis sive magistratus, suppeditare possint. *Ibi:* Und das alles mit Raht und Wissen des Richters und vorgemeldter Obrigkeit thun sollen.

## XXXI.

POSTERIORI CASU, scilicet contestatione litis factâ, (Vid. *Mev. p. 5. Dec. 189.*) porrò distinguendum est, an Judici de causæ meritis uti vocant, liqueat, nec ne? SI LIQUEAT, tunc in principali causa definitivè pronunciare potest: *per l. 8. C. Quom. & quand. Jud. ibique Brunnem. num. 4. Mev. p. 2. dec. 265. num. 8. Add. Gail. l. 1. Obs. 60. Non obst. l. 1. C. de sentent. & interloc. ubi vid. Brunnem. Zæf. b. t. n. 3. J. P. W. p. 1. tit. 13. §. Ferner.* Et quidem secundum CONTUMACIAM Reum, si eum justiore causam habere appareat, damnato tamen eodem in expensas CONTUMACIÆ *per l. 13. §. 2. C. de Judic. l. 8. C. Quom. & quand. Jud. c. 4. X. h. t. Gail. l. 1. Obs. 60. n. 9. Umm. de process. Diff. 1. b. 3. n. 9. Tabor ad C. J. A. ad tit. Si quis jus dic. non obtemp. num. 25. Brunnem. ad l. 1. C. Quom. & quand. Jud. Cui non refragatur illud, quod habetur: in l. 53. pr. ff. de Re Judic. & c. ult. X. ut lite non contest. Hoc enim non hunc habet intellectum, quasi CONTUMAX semper condemnandus sit, eidem que res, quæ in Judicium deducta primo statim nomine auferenda; cùm & pro CONTUMACE, *per l. 37 ff. de Jud.* Si bonam causam foveat, sententia fieri possit, ut tamen*

tamen in expensas condemnetur. per l. 13. C. de Judic. ibique Brunn.  
 num. 37. *S in d. tr. de proc. c. 4. n. 20.* Sed, quia ob CONTUMACIAM  
 condemnato denegatur beneficium appellationis; per l. 73. §. fin. ff. de  
 Judic. & l. 13. §. 4. C. eod. Isque sine ullo alio remedio parere cogitur  
 Judicato, l. 47. §. 1. ff. de Re Judic. Post Donell. & Hilliger. Brunnem.  
 ad l. 53. ff. de Re Judic. Perez. ad tit. Cod. Quom. & quand. Jud. num. 4. Ita  
 porro, quod traditur. in l. 1. C. Quom. & quand. Jud. Judicem posse absen-  
 tem condemnare, non verò compelli; Id non ita accipiendum, est, ac  
 si Judex, et si absentis causam justiore esse perspexerit, condemnare  
 tamen ob solam CONTUMACIAM possit, si velit, Brunnem, ad d. l. 1.  
 Judicis enim illud arbitrium, (verba sunt Mevii p. 5. dec. 80.) non  
 adeò absolutum, & tam laxè accipiendum est, ut ex mera  
 voluntate de isto statuere prout lubet, sine respectu ad Ju-  
 stitiam causæ condemnare, vel absolvere possit: Sed ut a-  
 liàs Judex tanquam Vir bonus, suo arbitrio Juri & rationi  
 adstrictus est; ita etiam qua condemnandum contuma-  
 cem æquum & bonum respicere & an, quod contra Contu-  
 macem decernendum, non injustum sit, discernere debet.  
 Nam sola CONTUMACIA periculum, seu dispendium causæ, si de  
 ejus Justitia & veritate constet, non importat. Et hoc ipsum quoque  
 spondet clausula citationis peremptoria comminatoria. Fürge-  
 lades Part soll der Sachen in denen fest gesetzten / auch allen andern  
 nachfolgenden Gerichts. Tätzen und Terminen bis nach endlichen  
 Beschluß und Urtheil auswarten: Es erscheine dann durch sich selbst /  
 oder durch einen gebollmächtigten Anwald / oder gar nicht: Soll  
 nicht weniger auf des gehorsamen Theils ferners anrufen / im Recho-  
 ten procediret und fortgeschritten / wie sich das zu thun gebühret / der  
 Ungehorsame aber weiter nicht geböret / auch gar gestallter Be-  
 wandtens nach / der Sachen tanquam desertæ verlustig erkannt /  
 und vor den Gegner gesprochen werden. per l. 70. 75. ff. de Judic. Hinc  
 de industria inferitur, conditio, gestal-er Bewandtens nach / ut  
 tacitè indicetur, interdum pro CONTUMACI pronunciari per l. 1. C.  
 Quomod. & quand. Jud. l. 73. pr. de Judic. Sichard. ad l. 13. C. de Judic.  
 Carpz. in process. t. 8. ar. 5. num. 41. Schottan. Exam. Jurid. p. 735.  
 Et si Actio sit REALIS, Actorq; Jus suum docuerit, res per sententiam  
 eidem



eidem adjudicatur, denegatâ ulteriori appellatione: Vid. J. P. W. p. 1. tit. 13. §. Ferners. Wurmserus *Obs.* 4. tit. 7. Si verò de meritis causæ Judici nondum sufficienter constet, Actor id desiderans, præter expensas à Reo refundendas, rei petitæ verus constituitur possessor, integra manente Reo proprietatis quaestione *Nov.* 53. c. 4. §. 1. l. 8. C. *Quom. & quand. Jud.* ibique Brunnem. num. 22. Perez. *ad eund. tit.* num. 11. J. P. W. p. 1. tit. 13. §. Ob man auch. In actione verò personali, si Actor intentionem suam probaverit, condemnatur Reus, & executio fit in ejusdem bona: Vid. J. P. W. p. 1. tit. 13. §. Wann es aber. Wurmser. tit. 7. *Obs.* 3.

XXXII.

Cæterùm, Jus Saxonicum si Reus in judicio planè non compareat, v. compareat quidem, sed prorsus taceat, unicam tm. agnoscit pœnam, quâ CONTUMAX statim amissione totius causæ coërcetur, non tamen statim ad executionem devenitur: Sed Reus CONTUMAX prius ad deducenda legitima impedimenta, quibus impeditus fuit, quominus comparuerit, condemnatur. His plerumq; sententiæ verbis: Auf beschuldigtem Ungehorsam des Beklagten/sprechen und erkennen wie/ daß Actor den Reum bis auf Ebehaffen und behülffliche Widerrede erstanden und erklagt habe. B. N. W. Quæ, si postea ad emissam reiteratam citationem non probaverit, condemnatur ad executionem, so wird Beklagter in die Hülff verurtheilt. h. e. cadit totâ causâ, & fertur contra eum sententia definitiva, sive justè, sive injustè litigaverit, non secus ac si confessus ac convictus fuisset. Er wird der Sachen ganz und gar verlustig erkannt / er habe recht oder unrecht. Landrecht. l. 2. art. 9. vers. Kommt er dann nicht wieder vor / er ist der Klag überwunden. & art. 24. versu: Und kommt er dann nicht vor. Unde secunda sententia ita concipi solet. Auf abermahl beschuldigtem Ungehorsam erkennen wie / daß Actor den Reum bis auf die Hülff erstanden und erlangt hat. Schneidewin. *ad Instit. tit. de interd. Cz. in process.* tit. 8. art. 3. num. 29. Add. Carpz. art. 4. *§ Ipr. for. P. 1. C. 9. def. 3.* Coler. *de process. execut. part. 1. c. 2. num. 14.* Nicolai *in process. judic. c. 32. 33. § seqq* Fibigius *in process. p. 33.* Brunnem. d. cap. 4. Ubi & hoc in Borussia Electorali observari testatur. Quod etiam approbavit Jus meum Patrium Bremense, *de Anno 1433. p. 2. sent. 2.* §. Und der Rath. & sent. 33. B. Dn. Lauterb. *in Disput. ad jus Statut. Hamburg. Vol. 2. 0, 15.* Si autem non legitimo modo, id est purè aperte &

E

te &

tè & specificè litem contestetur, tunc discrimen faciendum est inter primum, secundum, & tertium terminum. PRIMO TERMINO, Reus CONUTMAX expensarum refusione coërcetur, aut nonnunquam, absque condemnatione in expensas, aliter tantum, & rectius litem contestari, jubetur. Carpz. d. tit. 10. art. 6. num. 23. SECUNDO TERMINO, si omiſſa antè fuerit condemnatio in expensas, refusio sumptuum ei omninò injungitur, quod si verò ad illam jam ante fuerit condemnatus, etiam in expensas sequentis termini condemnatur, & ei litem contestatio specialiter denuo injungitur, sub hac expressa comminatione, quòd si CONTUMACIA perseveraverit, lis pro contestatâ, ipseque pro confesso & convicto haberi debeat. Carpz. l. cit. num. 28. Hanc quoque comminationem si Jusque deque habuerit, nec TERTIO TERMINO, litem legitimè contestatus fuerit, tunc tanquam judicatus penitus condemnatur, & præstare tenetur omne id, quod ab Actore in libello petitum fuit Carpz. d. l. n. 37. cap. 6. salva tamen moderatione & taxatione Judicis. Carpz. d. t. 8. n. 36. § seqq.

XXXIII.

Huc & referri potest, quòd post litem contestatam in causis Civilibus positiones exhibitæ, in CONTUMACIAM non respondentis Rei pro confessis habeantur: per c. 2. de confess. in 6to. l. 11. §. 4. ff. de interrog. in Jur. fac. Mev. p. 9. decis. 29. add. p. 2. d. 390. Quod secus est in Criminalibus, Barboſa in collect. d. cap. 2. Cujus rationes videre licet, apud Vultej & Mev. d. p. 9. Decis. 29. CONTUMACIA autem in non restituendo, coërcetur Juramento in litem. §. 21. Instit. de action. l. 68. ff. de R. V. Brunnem. d. l. Qui autem in nolendo jurare CONUTMAX existit, & huic certa pœna statuta, cautum est, ut si Actor noluerit Juramentum calumniæ subire, is omni suo cadat. l. 2. §. 6. de jurejur. propter calumn. Reus autem pro confesso habeatur; d. l. 2. c. fin. §. fin. X. eod. Vid. Cz. tit. 12. art. 1. n. 50. Ita jussus recognoscere instrumentum si illud detrectet, documentum in CONTUMACIAM partis adversæ contra quam fuit productum, pro recognito atque confessato habetur, unde receptissima pronuntiandi formula solet esse: daß nunmehr producirtes Instrument pro recognito billich auß und angenommen werde. Vid. Carpz. Ipr. For. p. 1. C. 17. def. 13. & de process. tit. 11. art. 1. n. 2. B. Dn. Bardili, Diff. de recognit. instrum. th. 39. § 40.

XXXIV.

Contraria CONTUMACIÆ ejusque pœnæ, sunt legitima impedimenta

menta : German. & behoffte Cz. Jpr. for. p. 1. c. 9. d. 7. Hæc enim cum  
 faciant dolum abesse, & cessare contemptum, quem Jura requirunt  
 in l. 53. §. 1. ff. de Re Judic. & l. 2. ff. si quis caut. in jud. sist. faciunt q. oq.  
 cessare CONTUMACIAM, ut sententia absenti non noceat. Perez.  
 in Cod. ad tit. Quom. & quand. Jud. num. 57. J. P. W. p. 1. tit. 14. in pr.  
 ibi: Woader eine Partbey Ebehofftz Usach hat. e. B. Mauritius,  
 de Jud. Rotbwil. c. 3. §. 4. Ea autem cum facti sunt, & dehinc non præ-  
 sumantur probanda sunt ad minimum semiplenè e. gr. unius nuncii  
 testimonio, vel etiam aliis deficientibus, Rei Juramento. Fibig. de  
 process. Vid. l. 19. §. 1. & 2. ff. de probat. l. 71. ff. l. 12. §. fin. C. de pro-  
 curat. l. 5 §. 8. de Re milit. Carpz. in Resp. Elect. l. 3. tit. 3. Resp. 26.  
 num. 18. 19. 20. Wesemb. ad l. 13. C. de Jud. num. 44. Quòd si affecta-  
 ta sint, & talia, quæ removeri licuit, nihil juvant; causam enim præ-  
 stans impedimento: Impeditus non videtur; Hilliger. ad Donell. Enu-  
 cleat. l. 23. c. 9. Casp. Klock. tom. 3. Consil. 187. num. 196. quia se  
 ipsum coarctavit. l. 2. in fin. ff. si quis caut. in Jud. sist. Wesemb. ad l.  
 13. §. 1. C. de Jud. num. 42. Unde ille qui prætextu impedimenti  
 adjuvari, probare debet: (1.) Quòd illud fuerit tale, ut vel planè non,  
 vel non, nisi difficulter removeri potuerit: l. sed & si §. 2. ff. Ex quib.  
 caus. cap. ult. X. de Elect. (2.) nisi illud obstitisset, Actus subsequutus  
 fuisset. l. 2. §. Quod dix. ff. si quis caution. Klock. d. l. Menoch. de ar-  
 bitr. Jud. quest. l. 2. cas. 118. n. 7. post Mev. p. 2. dec. 211. & p. 8. dec.  
 438 per orbem celeberrimus Jct. Dn. Ferdinand. Christoph. Har-  
 precht. in Consil. 49. n. 179. add. Pacianus de probat. l. 2. c. 47. n. 22.  
 adeoque non sufficit simpliciter probare impedimentum, sed & di-  
 ligentia & conatus de eo t. llendo probari debet, Mindan. de mand.  
 Judic. l. 2. c. 21. Knippschild. de fideicom. c. 66. num. 99.

## XX XV.

Habentur autem pro legitimis impedimentis (1.) Solennitas  
 citati Nuptialis: l. 2. ff. de in Jus voc. Huc pertinet quòd Luc. 14.  
 dicitur: UXOREM DUXI, IDEO COMPARERE NEQUEO. Quod fa-  
 vore matrimonii introductum esse videtur: unde & novelli conju-  
 ges à bello excusationem habent. Brunnem. ad l. 2. ff. de in Jus voc. n. 3.  
 (MORBUS SONTICUS, per l. 53. §. 2. & l. 60. ff. de Re Judic. arg. l. 4.  
 §. fin. ff. de Edil. Ed. Mev. p. 2. Dec. 211. non tantum proprius, suâ li-  
 cet culpâ contractus, sed & conjugis, liberorum & consanguineo-  
 rum, l. 36. ff. de Judic. Carpz. Jpr. For. p. 1. C. 69. def. 8. & process. tit. 8.

art. 2. num. 45. § seq. Zanger. de Except. p. 2. c. 9. num. 13. (3.) FUNUS uxoris & propinquorum, non solum eo die quo ducitur. per l. 2. ff. de in jus voc. l. 4. §. 2. ff. si quis caut. judic. sist. sed & per novem dies sequentes. arg. Navell. 115. c. 5. Zanger. de Exc. d. l. (4.) PUERPERIUM, praesens aut proximè speratum, aut etiam non diu praeteritum: l. 1. §. 4. ff. si quis caut. jud. c. sist. (5.) CARENTIA ET MORBUS PROCURATORIS AUT ADVOCATI, si litigaturus alium in causa instructum Advocatum vel Procuratorem de facili praesto habere nequeat. per l. ult. C. de Procur. l. 19. §. 2. ff. de probat. c. 4. X. b. t. de dol. & contum. Wesemb. ad l. 13. C. de judic. num. 42. Brunnem. ad l. 4. C. de postul. Zanger. de except. p. 2. c. 9. num. 13. Carpz. Jpr. For. P. 1. C. 8. def. 9. § in tr. de process. tit. 8. art. 2. n. 48. (6.) TEMPESTAS VENTORUM ET PLUVIARUM, AUT VIS FLUMINIS, SEU EXUNDATIO. l. 2. §. 3. 6. § 7. ff. si quis caut. l. 4. 5. eod. & ibi: C. J. A. Brunnem. de process. c. 4. num. 7. Nicolai c. 22. p. 399. J. P. W. p. 1. tit. 14. Die Ergiehung der Wässer / grosse Sturm, Winde / Vielheit des Schnees. TERRÆ MOTUS, per quem Neapolis fere facta est Apollis: Ex quo provenire solet, quandoque & labes terræ, seu ruina, & agri confidentia cūm ager repente subfidet in vastam voraginem, unde & Chasma vocatur: in l. 11. §. 5. ff. de minoribus. l. 47. §. 6. ff. de legat. 1. Mascard. de probat. Vol. 1. Consil. 468. num. 26. (7.) JUDICIUM CAPITALE, per l. 4. pr. ff. si quis caut. Jud. sist. (8.) PEREGRINATIO REIPUBLICÆ CAUSA, l. 6. ff. si quis caut. in Jud. sist. l. 8. 9. 26 §. 8. l. 35. § 7. ff. Ex quib. caus. major. Add. Mev. p. 8. dec. 244. AUT ITER ALIAS NECESSARIUM, Fibig. in process. c. 2. §. 4. p. 90. § 93. ubi formulam exhibet, ET EXTRA FINES DEVOTIONIS ET RELIGIONIS GRATIA SUSCEPTUM: Scilicet apud Pontificios ad sepulchrum CHRISTI: Nach dem heiligen Grab: Ad limina S. Petri ad S. Mariam Lauret, aut S. Jacobi Compostell. aliaq; loca, Nicolai de process. c. 34. p. m. 397. (9.) INCARCERATIO ET VINCULA, l. 4. §. 1. ff. d. tit. Si quis caut. etiam si propter delictum quis detineatur B. Dn. Lauterb. Conclus. for. Exercit. 6. th. 21. quo pertinet etiam ARRESTUM personale. arg. l. 21. §. 2. ex quib. caus. maj. Brunn. in comment. Cod. ad l. 2. quib. ex caus. maj. num. 6. (10.) LOCUS NON TUTUS, OB BELLICAS TURBAS, AUT LATRONES M. Antonius de Amatis, in Decis. cas. 75. num. 71. Carpzov. Jpr.

*Jpr. for. p. 1. const. 9. def. 7. VEL PESTILENTIAM AUT TIMOREM A JUDICE PROVENIENTEM. Berlich. p. 1. Conclus. 17. num. 56. 58. Mev. p. 3. dec. 169. 152. § 282. n. 4. (11.) EXPEDITIO MUNERIS PUBLICI, arg. l. 2. §. 1. ff. Si quis caut. in Jud. sist. (12.) VOCATIO AD MAJUS TRIBUNAL ET JUDICIUM. l. 54. §. 1. ff. de Re Judic. Joh. Georg. Nicolai, d. tr. de process. c. 24. p. m. 398. (13.) TRANSACTIO DE CONTROVERSA INTERMINITA, per l. 2. pr. ff. Si quis caut. l. 4. C. de pact. arg. l. 1. 2. C. Si ad vers. transact. l. 22. §. 1. ff. de in Jus voc. (14.) SOLUTIO AB ALTERO E DUOBUS REIS FACTA : l. 5. §. 1. ff. Si quis caut. in Jud. sist.*

XXXVI.

Tale legitimum Impedimentum quoque præbet: (15.) SI ACTORIS VEL NON INTERFUIT, arg. l. 5. §. 4. ff. Ne quis cum qui in Jus voc. vi eximat. aut ejus Jus ex mora non sit factum deterius : l. 8. ff. Si quis caut. jud. sist. Dominic. Cardinal. Tusch. Conclus. 377. lit. M. Nec nocet citato absentia sua, quando si comparuisset, nihil actum fuisset, propter absentiam, forsan ipsius Judicis, per l. 2. §. 1. Si quis in Jus voc. non iv. Joh. Baptista Asin. pr. Judic. §. 17. c. 1. num. 3. in fin. Vel si pars adversa a quæ non comparuerit; tunc enim CONTUMACIA reciprocè compensatur; quomodo & aliàs plerumque accidit, ut paria delicta mutuâ compensatione tollantur. arg. l. 39 ff. de solut. § l. ult. §. pen. ff. de eo per quem fact. *Der Ungehorsam wird beyde seits aufgehoben / der Termin circumduciret / und dem Rechten sein Lauff gelassen. Mindan. de mandat. Judic. c. 20. num. 6. R. I. de Anno 1654. §. 23. Anton. Faber, in Cod. l. 7. tit. 18. def. 6. num. 8. Rhoding. in Prax. Cam. l. 3. tit. 55. ad Brunnem. in process. civil. c. 1. n. 56. Nicolai in process. part. 3. c. 9. num. 42. Italis in CONTUMACIAM pro contestata accipi nequit, quoties & actor ipse in culpa & mora fuit litem contestandi: Casp. Klock. tom. 3. Cons. 187. n. 186. Siquidem Citatio contra Reum CONTUMACEM, si Actor quoque non compareret, non inducit litem contestationem. Tusch. p. 2. Conclus. 130. add. B. Lauterb. d. l.*

XXXVII.

Impedit quoque (16.) CAPTIVITAS, Joh. Zanger. de Except. p. 2. c. 9. num. 13. Carpz. *Jpr. for. P. I. C. 9. def. 7. Brunnem. ad. l. 2. Cod. Quib. ex caus. major. Item (17.) VIOLENTA DETENTIO, l. 2. §. fin. ff. Si quis caut. in jud. sist. J. P. W. I. tit. 14. §. 78. Hinc Eleganter*

hanc in rem Seneca *l. 4. de benef.* Vadimonium promittimus, tamen deferitur, deferentem vis major excusat. (18.) Ignorantia citationis: *l. 7. ff. de Judic.* Casp. Klock. *tom. 3. consil. 187. num. 149.* Perez, in *Cod. ad tit. Quomod. & quand. Jud. num. 6.* Brunnem. *ad l. 2. & 3. ejusd. tit.* An verò oblivio termini à pœna CONTUMACIÆ regulariter excuset, controvertitur? Comunitè tñ. negatur, eo quòd non præsumatur oblivio, nec justa ea sit, nisi ex longo tempore. *l. 44. ff. de acquir. possess.* & terminus citationis rarò longum tempus conficiat: Insuper culpa illi fit imputanda, quòd termini illius oblitus fuerit, cum debuisset illum probè annotare. Vid. Weseemb. *ad l. 13. Cod. de Judic. num. 43.* ubi limitationes tradit, & nec opinionem & credulitatem, (puta si credat, Judicem non nimium festinare,) excusare tradit, cum non respiciendum sit, quid quisque credat, sed quid credere debeat. *l. 5. ff. si certum pet. l. 7. pro Emptore.* Add. Dn. Stryck. in *tr. de Jure sens. diff. 4. c. 0. num. 21. & Diff. 3. c. 5. §. 6.* Talis quoque causa excusans (19.) est RUSTICITAS, per *l. 2. §. 1. ff. Si quis in jus voc. non iv.* quam tamen hodie citatum non comparentem à pœna CONTUMACIÆ non excusare: arg. *l. 2. C. de in Jus voc. existim.* Dn. Lauterb. in *exerc. ad ff. 0. 3.* Cui ex professo dicam, scribit Consultissimus Dn. Schilter. in *Exercitat. ad π. ad tit. Si quis in Jus voc. non iv.* dicitque, *d. l. 2.* non de in Jus vocato, sed de in Jus sine venia vocante edicere, patere autem, praxin hodiernam non admittere hanc excusationem, quantum ad hos, qui sine venia vocari non debeant, cum hodie nemo sine venia regulariter citetur.

## XXXVIII.

Denique huc spectat, si quid ex cæteris, de quibus supra in objecto & forma, deficere, & si quæ talia sunt alia, juris arbitrio æstimanda: arg. *vulgatissim. l. 1. §. 2. de Jur. delib.* & generaliter quælibet justa causa propter quam quis ad iudicium non venit, Reum à CONTUMACIÆ absolvit. Præcipuè autem à CONTUMACIÆ liberat remissio, tam expressa quam tacita. Casp. Klock. *tom. 3. consil. 187. n. 207. & seq.* Carpz. *Jpr. for. P. 1. Const. 9. def. 7. & seqq.*

## XXXIX.

De cæterò præsumptio contemptus Judicis, resultans contra contumacem ex eo, quòd citatus non venit in termino, tollitur ex eo quòd citatus confestim post terminum venit: Brunn. *ad l. 7. ff. de Restit.*

*in integr. num. 1. Wesembec. ad l. 13. Cod. de Judic. Et post purgari*  
**CONTUMACIA** usque ad sententiam. 8. *Mev. p. 1. Dec. 134. Quâ purgata,*  
 Reus exceptione justî impedimenti tutus est, & omnia redeunt in  
 pristinum statum, ita, ut secundum juris ordinem denuo procedatur  
 hac sententiandi formulâ. Contumaciter Theil hat sich aus  
 dem Verdacht der Verleßung und der Versäumnis des Richters ge-  
 setzt, und ist nochmols mit seiner Prokura in der Hauptfact zu hören.  
*Carpz. in process. tit. 8. art. 2. n. 71. & Jpr. for. P. 1. C. 9. def. 13. Fibig.*  
*in proc. for. p. 40. Joh. Georg. Nicolai, in proc. c. 32. n. 30. Insuper*  
 potest **CONTUMACIA** ab Actore & Reo evitari, si maturè ante termi-  
 num pro dilatione termini supplicent eamque non modo obtine-  
 ant, sed & adversa parti citò notificari curent. Infertis libello spe-  
 cialiter causis Bartold. Leonh. Schwendend. ad Fibig. *process. Jur.*  
*c. 2. §. 4. p. 90.*

## XL.

**AFFINIA** sunt Wesembecio *ad d. l. 15. C. de Jud. n. 39. LITIGATO-*  
**RUM NEGLIGENTIA**, vel **CULPA**, præsertim **LATA**: item **INJURIA** &  
**DECEPTIO** quibus vel adversarius Judicatur. vel judex ipse: *l. 42. de*  
*inj. item NEGLIGENTIA IPSORUM JUDICUM. l. 13. C. de Jud. AD-*  
**VOCATORUM & PROCURATORUM. d. l. 13. S. pen. C. d. t. ut &**  
**TUTORUM. d. l. 15. §. ult.**

T A N T U M!



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

